ad huc facilis largita est nobis dimina dignatio. ipamq; remedij opem nostro cōmisit arbitrio. vt indulgentia nostro rū scelerum pro nostro presumam⁹ affec tu. dicētes ei. **D**imitte nobis debita no stra. sicut ⁊ n. d. tebi. nolstris. **Q**uisq; igitur ad indulgentia suorum criminū desiderat peruenire. istis semetipm apta restudeat instramētis. nec obdurati cor dis perniciacia a remedio salutari fonte tāte pieratis auertat. quia etiā si hec oia fecerimus. nō erunt idonea ad expiatio nem scelerū nostrorū. nisi ea bonitas dñi clementiaq; delenerit. **Q**ui cuz religiosi conatus obequia supplici mēte a nobis oblata perspererit. exiguos paruosq; co natus imensa liberalitate prosequit di cens. **E**go sum ego sum qui deleo iniq; tes tuas. ppter me. ⁊ peccatoz tuoꝝ iam nō recordabor. **A**d hunc ergo quē prediximus statum quisq; concenderit. satis factionis gratiā quotidianis ieiunijs et mortificatiōe cordis ⁊ corporis assequit q; scriptū ē. **S**ine sanguinis effusioe n̄ fit remissio. **N**e imerito. **C**aro ci ⁊ sanguis regnū dei possidere n̄ pnt. **E**t ideo quis. quis ab huius sanguinis effusione gla diū spūs qd est verbū dei voluerit inibi. bere. absq; dubio illa bieremie prophete maledictione plectetur. **N**am maledict⁹ inquit qui prohibet gladium suū a sa gmine. **H**ic namq; est gladius qui illuz noxiū sanguinē quo aiatur materia pecatorum salubriter fundens. quicquid reperit in membris anime nostre carnae le terrenū ve concretū. resecat ⁊ abscidit ac mortificatos viciꝝ vivere deo ⁊ spi ritibus facit rigere virtutibꝝ. et ita iaz nō recordatione veteris admissi. s̄ spe futurorum gaudiorū flere incipiet. nec taꝝ de preteritis malis q; de futuris seu ven turis cogitans bonis. nō ex peccatorꝝ me rore lachrymas. sed ex externe illiꝝ leticie alacritate profundit. atzobliuiscens ea quę posteriora sunt. id ē carnalia vicia. ad ea que iante sunt extēditur. hoc ē spi ritalia dona atq; virtutes.

O ut ilis sit profectus oblinio peccati. et q; flagitorū recorda tio sit vita da.

Lap. ix.

Osterū qd pauloante dixisti. te etiam de industria preteritorū peccatorum memoria retracta. re hoc fieri nō oportet. quinimo etiā si vi olenter irrepserit protinus extrudatur. **M**ultum namq; retrahit mentē a contē plationis puritate eius precipue q; in so litudine cōmoratur. implicās eam sordi bus mundi huius ⁊ pretiocans fetore vi ciorum. **D**um enī recolis ea que fm pū cipem seculi huius sine per ignorantias sine per lasciviam cōmisisti. vt concedaz tibi quod in hac cogitatione posito oble ctatio nulla subrepat. certe antique pū tredinis vel sola contagio necesse est vt retro mentem fetore corripat. et spirita lem virtutū fragrantia. id est. suanita tem boni odoris excludat. **C**um ergo p̄ teritorum memoria viciorū pulsauerit sensum. ita ab ea resiliendum est sicut refugit vir honestus et granis si impudice ac procacis femme in publico aut collo quis aut amplexibꝝ appetatur. **Q**ui vti q; nisi se a contactu eius festinus abstira xerit. et vel brevissimā moram in honeste cōfabulationis admiserit. etiam si cōsen sum ipudende respuat voluntatis. infamie tamen ac reprehensionis notam cū etorum preterentiū iudicio nō euadit. **I**ta igit̄ etiā nos optet cuz fuerimus in huiusmodi cogitationes pestifera recordatione dēdicti. raptim ab earum contemplatione discedere. et implere illud quod a salomone precipitur. sed exili inquit. noli temorari in loco eius. neq; intendas oculum tuū in eam. ne videntes nos angeli immundis ac turpibꝝ cogita onibus innolutos. nō possint de nobis preterentes dicere. **B**enedictio domini super vos. benedixim⁹ vob in nomine domini. **I**mpossibile namq; est mentem bonis cogitationibus immorari. cum p̄ncipale cordis ad turpes atq; terrenos intui tus fuerit deploratum. **G**era est enī illa

De fine pnie et satisfactiōis indicio

salomōis snia. oclū tui cū viderit alienā. os tuū tūc loquēt̄ p̄nia. t̄iacebatq; i corde meo. & sicut gubernator in magna tempestate dices aut̄ percusserūt̄ me. sed nō tolui. et deluserūt̄ me. ego aut̄ nesciū. **D**erelictis ergo nō solum turpib; & etiā terrenis cogitationib; vniuersis. erigenda est semper ad celestia nostre mētis intentio. s̄m saluatoris nostri sententiam. **A**bi eī ego suz̄ iqt̄ illic & m̄ster meo erit. Solet enī frequēter accidere. vt dum v̄l suos vel alioꝝ lapsus. imperitorꝝ q̄spīā miserantis retractat affectu. ip̄e etiam s̄b tilissimi teli volnptuario persiringatur assensu. et initū sub specie pietatis exortū. obſcenō ac noſio fine cōcludat. Sūt enī vie quē vidēt̄ apud homines recte noniſſima aut̄ earū veniēt in p̄fundum inferi. **Q**ua ppter studendum est nob̄ ut virtutū potius appetitu et desiderio regni celorū. q̄s noſijs vicioꝝ recordationib; nosmetipos ad cōpunctionē laudabilem. puocemus. q̄ necesse est tādū quēpam pestilentissimis cloace fetorib; prefocari. quādū supra eam stare vel cēnum eius voluerit cōmouere.

De satisfactiōis indicio et obliuione preteritorum criminum.

Lap. x.

Duerimus aut̄ nos ut sepe diximus. tūc demū pro preteriſ ſatisfecisse peccatis. cū ip̄i motus atq; affectus per quos penitenda cōmisiſsimus. fuerint de nostris cordib; amputati. Qd tamē nullus obtinere posse fecredat. q̄ nō prius ip̄as causas atq; matierias. p̄ quibus in illa collapsus est crima. om̄i spiritus feruore succiderit. vt verbi gratia. si in fornicationē vel adulteriū perniciosa feminariū familiaritate collapsus est. summa festinationē etiā ipsum earū deuicit aspectū. aut certe. si per abundantiam vini epularūq; est nimietate succensus. illicitam ciborūz crapanlam summa diſtrictione castiget. Etrurūz. si in periuriū. aut furtū. aut homicidiuꝝ. aut blasphemā. pecuniarū desiderio atq;

amore corruptus incurrit. materiā animacie illectricē ſuę deceptionis abſcidat. Si in iracundie viciū. ſuperbie paſſiōe p̄pellitur. arrogantię ip̄ius ſomitē ſumma hūilitatis virtute cōellat. Et ita vt vnuꝝ quodq; peccatū possit extigi. cauſa atq; occasio per quā vel ob quam admissum est debet p̄mitus amputari. Isto etenī curationū remedio. ad obliuioneꝝ quoq; admissorū criminū ſine dñbio p̄uenietur.

In quo temporaliter ſit agēda penitudo et in quo fine habere possit.

Lap. xi.

Erum iſta predice obliuionis diffinitio ſup capitalib; tantū ſit criminib; cōſtituta. quē moſayca quoq; lege dānantur. quorū ſicne p̄ p̄ſatiōez bonam ab iſciuntur vel cōſiuntur affectus. ita etiā accipit p̄nia fine. Leterū ab ip̄is minutis in quibus ſcriptū es inſtus cadit in die. vt ſcriptū eſt. etre ſurget. nūc deenit penitudo. Aut eī per ignorantia. aut per obliuionē. aut p̄ cogitationē. aut per hūonem. aut per obrepotionē. aut per neceſſitatē. aut per fragilitateꝝ carnis. ſingulis diebus vel inuiti vel volentes frequēter p̄cta incurrim⁹. pro quib; et dauid orans dñm. purificationē atq; indulgētiā deprecatur dicens. Delicta quis intelligit. ab occultis meis munda me. et ab alienis parce ſerno tuo. **E**t apluſ. Non enī qđ volo bonū hoc facio. b̄ qđ odi malum hoc ago. Et p̄ qui bus idem etiam euilās p̄clamauit. In felix ego homo. quis me liberabit de corpore mortis hūis. Tanta enī in his facilitate tanq; naturali lege prolabilim⁹. vt quantalibet circumſpectione atq; cū ſtodia caueantur. nō poſſint ad plenum iſta vitari. De his ſiquidem vnuſ diſcipulorum quez diligebat iſus. abrupta definitione pronūciat dicens. **H**i dixerimus. quia peccatum non habemus. ip̄i nos ſeducimus. & verbum eius nō eſt in nobis. **P**roinde ad perfectionis culme pertingere cupienti. nō ſatis proderit ad

ſuam alibi p̄f

171

172

r

Capitula

finem penitentie peruenisse id est ab illi
citis tempore nisi etiam in illis virtutibus i
defesso cursu semetipm semper excederit
quibus ad satisfactiois indicia perueni
tur. Nec enim a fetidissimis criminum soz
dibus que abducere dominus quemque ab
abstinentie sufficiet nisi etiam illaz bona
virtutum fragrantia qua dominus de
lectat puritate cordis et apostolice chari
tatis perfectio posse dederit. Hucusque ab
bas pynusius de satisfactionis indicio
ac penitentie sine dissimilitudine. Qui licet ut
enim cenobio residere mallemus sollicito
deprecaretur affectu. Tamen fama
scybotice soliditudinis invitatos cum re
tinerent posset emisit.

Explícit collatio habita cuius ab
bate pynusius de penitentia si
ne et latissimis indicio. In
cipiunt capitula collatiois ab
batis theone de remissione qui
quagesime. **L**ap. i.

- O**modo theonas ad abbatem
iohannem venerit.
ij Exhortatio abbatis iohanni
nis ad theonam et ceteros quod cu
eo venerunt.
iiij De decimarii et primaria oblatio
iiij De abraham danid et ceteri san
cti in maledicta legis fuerint super
gressi.
v De sub euangelij gratia degentes
supare tebeat maledicta legalia
vi De euangelij gratia sicut perfectis
tribuit regna celorum ita veniabi
liter sustentet infirmos.
vij De in nostra situm sit potestate.
vtrum sub euangelij gratia an in
legis velimus terrore persistere.
vij Quoadmodum theonas coniu
gem suam ut et ipsa renunciaret ex
hortatus sit.
ix Quoadmodum non acquiesceret te
xore sua ad monasterium peruo
larit.
x Satisfactio pro eo ne discidia co
ingibyli shadinge videamur.

- xi Inquisitio cur in egypto fodi vi
ebus quinquagelimenetur nec genna in oratione cur
uentur.
xii Responsio de natura eorum quibus
na vel mala vel media sunt.
xiii Quale bonum sit ieunium.
xv De non sit principale bonum ieunium.
De principale bonum non propter inferi
us bonum debeat exerceri.
xvi Quoniam ceteris bonis principale
discernatur bonum.
xvij De rore et utilitate ieunij.
xviii Non spicigruum esse ieunium.
Interrogatio cur totis quinq
ginta diebus ieunium relaxet.
xx Responsio.
xxi Interrogatio utrum abstinentia ie
unum relaxata non oblit corporis
castitati.
xxii Responsio de seruando continen
tie et temperamento.
xxij De refectione iste atque mensura.
xxiv Interrogatio de diversa obfua
tione quadragesime.
xxv Responso pro quadam decimas
quadragesime ieunium referat.
xxvi Quoniam etiam primicias nos
stras domino debeat offerre.
xxvij Cur diverso dierum numero qu
dragesima a plerisque obfuit.
xxviii Quare vocetur quadragesima
cum triginta et sex tatummodo
diebus ieunetur.
xxix De perfecti supergradientur legem
quadragesime.
xxx Decausa et initio quadragesime.
Interrogatio quemadmodum in
telligi tebeat quod ait apostolus
peccatum in vobis non domi
bitur.
xxxij Responsio de differentia gratie
et legalium preceptorum.
xxxv De eo quod leuiora sunt euangelij pre
cepta quam legis.
xxxvij Quemadmodum quis probetur
esse sub gratia.

Collatio xxii abbatis Theone

xxv Interrogatio cur interdum pro
pensiis ieiunates carnalibus
incentiis acr^o vrgemur.

xxvi Responso q^{uod} hec questio futura
collationi debeat reseruari.

C Explicuit capitula. Incipit col-
latio prima habita cum bto the-
na deremissione quinq^{ue} gesu.

Lap. i.

In*squā*
verba collatiōis hu-
iūs habita cum sum-
mo viro abbatē theo-
na incipiāmus euol-
uere necessarium reor ut initium cōne-
ssione eius breui fīmone perstringam. qz
ex hoc vel meritum viri vel gratia emidē-
tius poterit patere lectori. **H**icigit ad
lescens admodum parentum studio im-
perioq^z connetus est vinculo coningali.
Nam dūz pndicicie eius religiosa sedu-
litate prospiciunt et ancipitē lapsuz lu-
brice verentur etatis preueniēdos ado-
lescentie motus licto nuptiarum reme-
dio crediderunt. **C**um ergo hic vni^o lu-
stri tempus cum coniuge peregisset veit
ad abbatē iohannem qui tunc temporū
merito sanctitatis electus diaconie pre-
sidebat. **N**on enī ad hunc gradū quili-
bet propria voluntate aut ambitione p-
uebitur sed is quem cunctorum seniorū
cetus etatis prerogativa et fidei atq^z v-
titum testimonio excellentiore oīb^z sblī
mioremq^z cēsuerit. **A**d hunc inquā bea-
ti iohannem cu^z pie denotionis studio
predictus tunc innenis aduenisset. defe-
rens religiosa munera inter ceteros pos-
sessores qui certatim decimas vel primi-
tias frugum suarum memorato seni de-
suis substatijs offerebāt videretq^z eos
senex cum multis ad semuneribus pflu-
xisse et denotioni eorum vicissitudinem
cuperet recompensare cepiteis fīm apo-
stolum spiritualia seminarē quorum me-
tebat dona carnalia. teniq^z ita sermonē
adhortationis insutuit.

Ehortatio abbatis iohannis
ad theona & ceteros qui cu^z eo
venerunt. **L**ap. iij.

Elector quidem o filij pia vro-
rum munērū largitate et deno-
tionem huius oblationis. cni^o
dispensatio mibi credita est gratant' am-
plicitor qui fideli ter primitias vestras
ac decimas indigentū vslibus profu-
ras velut sacrificium dño bone shauita-
ris offertis barum scilicet oblationē ple-
nitudinem quoq^z fructum vniuersaq^z
substantie vestre ex qua hec dño teliba-
stis vberi benedicendā credētes vosq^z
scdm mandati illi^o fidē multipli ci vber-
tate bonoz oīm etiā in loc seculo cumu-
landos honora tenui de tuis instis lato-
ribus et teliba ei de fructib^z iusticie tuę
vt implēatur horrea tua abundantia tri-
tici vino aut torcularia tua redundant.
Qnam denotionem fideliter exequētes
scitote vos legis antique iusticiā cōsumi-
massē sub qua tunc positi & transgrediē-
tes eam reatū inenitabiliter incurrebat
et implentes ad perfectionis apicem per-
uenire nō poterant.

Dedecimātū et primitiarū ob-
latione. **L**ap. iij.

Ecime siquidem precepto dñi
vslibus leuitarum oblationes
vero ac primitie erant sacerdo-
tibus consecrate sed primitiarū hic erat
modus. vt quinquagesima pars vel fru-
cum vel animalium templi vel sacerdo-
tum ministerio preberetur. **Q**uē modū
tepidiores quiq^z infideliter minuentes
religiosiores vero etiam cumulantes illi
ex sexagesima bi autē ex quadragesima
fructū suorū parte pendebant. **J**usti cī
quibus lex nō est posita sic probant' nō
esse sub lege. vt iusticias legis nō solum
implere vñetiam superare contendat-
sitq^z deuotio eorum legali maior impe-
rio que obseruantiam cumulans prece-
ptoz voluntaria addat ad debita.

Qabraham dauid et ceteri san-
cti mandata legis fuerint sup-

r 2

Collatio XXI abbatis Theone

gressi.

Ita namque et abraham future legis precepta legimus super gressum cum superatis quatuor regibus. d' spolijs sodomorum que sibi velut victori non immerito tegebatur. et quidem rege ipso cuius spolia retulerat suppliciter offerente nihil penitus acqui elicit attingere sub divini nominis testificatione proclamans. Extendo manus meam ad teum excelsum qui fecit celum et terram. si a filo sub tegminis usque ad corrigiam calige accipiam ex omnibus quae sunt. Hic danid precepta legi agnouimus super gressum qui precipiente moy se ut inimicis talio redderetur. non solus hoc non fecit verum etiam dilectione complexus est persequentes et pro his domino pie supplicans etiam lugubriter flent. et ultius est imperfectos. Ita helia et quoque hieremiam probamus non fuisse sub legge qui cum licito ut coniugio absque reprehensione potuerint perseverare tam virgines maluerunt. Hic heliseum ac reliquos eiusdem propositi viros. mosis causa legimus superasse mandata de quibus apostolus ita dicit. Circuerunt in melotis in pellibus capinis angustiati affliti egentes quibus dignus non erat mundus in solitudinibus errantes et in montibus et in speluncis et in caunis terre. Quid de filiis ionadabili rechab dicas quod hieremie prophetete offeret et precepto domini vinum ita legimus respondisse. Non bibemus vinum quia ionadab filius rechab pater noster precepit nobis dicens. Non bibet vinum vos et filii vestri usque in semper nuz. et domum non edificabitis et sementem non seretis et vineas non plantabitis non habebitis sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris. Unde etiam ab eodem propheta meretur audire. Hec dicit dominus exercitum deus israel. Non deficit vir de stirpe ionadab filii rechab stans in conspectu meo cunctis diebus. Qui omnes offerre possessionum suarum decimas non contenti sed ipsa per-

dia respicientes semetipos potius deo ac suas animas obtulerint pro quibus nulla ab hominibus comutatio potest sicut dominus in evangelio contestat. Quaz dabit homo comutationem per anima sua. Quid sub euangelij gratia degentes superare debeant mandata legalia.

Cap. v.

Ita proscire debemus nos a quibus non iam expigit legale mandatum. sed quod est euangelicum quotidie intonat homo si vis perfectus esse vade vnde omnia quae habes et da pauperibus et habebis thesauros in celo et veni sequere me cum decimas de substantiis nostris offerimus deo adhuc quodammodo sub legis sarcina detineri et nec dum ad euangelicum illud fastigium peruenisse quod obtemperantes sibi non tantum presentis vite beneficijs sed etiam futuris premijs munera. Lex ei factoribus suis non regnum celestium premia sed vite huius solatia et promisit dicens. Qui fecerit hunc vivet in eis dominus autem discipulis et amicis suis beatum inquit pauperes spiritu quantum iporum est regnum celorum et omnis qui reliquit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. Nec in merito. Non enim tam laudabile est si ab illicitis quod si etiam a licitis temperemus et his propter eius reverentiam non vitamur qui ea nobis propter infirmitatem nostram videnta permisit. Itaque si etiam ibi qui decimas fructuum suorum fideliter offerentes preceptis domini antiquioribus famulantur nec dominum possunt euangelicum culmen ascendere illi quine hunc quidem faciunt quantum ab eo absint manifestissime peruidetur. Nam quem admodum poterunt euangelice gratie esse participes qui consummare etiam leuiora legis precepta contemnunt. Quorum facilitatem usque adeo impiosa legislatoris verba testantur ut etiam maledictiones non impletibus proponatur. Valedic

De remissione quinquagesime

ctus enī inquit qui nō permanserit in oī
bus quē scripta sunt in libro legis hui⁹.
vt faciatea. **H**ic autem pro excellentia ⁊
sublimitate mandatorum dicitur q̄ po-
test cape capiat. Illic legiferi violēta cō-
pullio preceptorum indicat paruitatez.
Contestor enī inquit vobis hodie celū
et terram. q̄ si nō custodieritis precepta
domini dei vestri. peribitis a facie terre.
Hic magnificētia sublimiū mādatorū ipa-
nō tā iperātis q̄ adhortantis pditione
signatur. si vis perfectus esse fac hoc aut
illd. **I**bi inexcusabile etiā recusantibus
moyses pondus iponit. **H**ic consilio tā
tum volentibus et ad perfectionem festi-
nantibus domin⁹ occurrit. **N**on enī ge-
neraliter precipienduz erat. nec vt ita di-
xerim canonice ab omnibus exigenduz.
id quod propter minificam sublimitatez
nō potest pasliz ab om̄ibus apprehendi.
sed consilio pot⁹ prouocant̄ oēs et grā-
vit bi qui magni sunt possint perfectione
virtutum nō immerito coronari. qui au-
tem parui sunt. et mensurā etatis pleni-
tudinis christi implere non possunt. licet
fulgore maior⁹ velut siderum tecti latere
videantur. tamen a tenebris maledictio-
num que in lege sunt alieni. nec presenti-
um malorum cladibus abdicantur. nec
suppicio plectantur eterno. **N**on ḡ chri-
stus ad illa virtutuz excella fastigia quē.
quā precepti necessitate constringit. sed
liberi arbitrii prouocat potestate et salu-
britate consilij et desiderio perfectionis
accedit. **I**bi enī preceptum. ibi necessi-
tas. et vbi necessitas. ibi ⁊ difficultas. vbi
difficultas. ibi ⁊ negligētia. vbi negligē-
tia. ibi ⁊ peccatiū. vbi pctm̄. consequēter
et pena. **C**ustodientes vero hec ad que p-
fixe legis severitate coguntur. penam po-
tius que ab illa intentabatur effugiunt.
quā mercedem aut premia consequan-
tur.

On euāgelij gratia sicut pfectus
tribuit regna celorum ita venia-
biliter sultetet infirmos.

Lap. vi.

Taq̄ sicut fortes ad sublimia
atq̄ precella euangelicus hmo
sustollit. ita non patitur infir-
mos ad ima temergi. perfectis quidem
tribuens beatitudinis plenitudinem. ve-
niaz vero infirmitate superatis impar-
tens. Lex enim consummantes precepta
sua in vtriusq; meriti velut quodā me-
ditullio collocauit. quantū a transgres-
sorum damnatione secernens. tantu⁹ se-
parans a gloria perfectorum. **Q**uod q̄
dem q̄ infimū q̄q̄ miserabile sit. vel ex
presentis vite statu et comparatione per-
spicite. in qua miserrimū ducitur. si hoc
tantum quis studeat ac laboret. ne reus
modo inter honestos homines. ⁊ nō etiā
locuples ac honorabilis ⁊ gloriosus ha-
beatur.

On nostrā situm sit potestate
vtrū sub euāgeliū gratia an sub
legis velimus terrore cōsistere.

Lap. vii.

Damobrē in nostra hodie sitū
est potestate. vtrum sub euāgeliū
gratia an sub legis velimus
terrore cōsistere. **C**uilibet enim parti p
qualitate actus sui vnumquemq; ncce
est aggregari. **N**am aut supergrediētes
legem. sūlcipit christi gratia. aut certe in
feriores velut debitores suos sibi⁹ ob-
noxios lex retentat. **R**eus namq; legaliū
preceptorum nequaq; euāgelicam per-
fectionem valebit attigere. quāvis chri-
stianum se et domini gratia liberatu⁹ in-
aniter glorietur. **N**on solum enim b̄ cre-
dendus est adhuc esse sub lege. qui ea q̄
lex precipit terrectat implere. sed etiam
ille qui ea tantum que lex iubet obserua-
re contentus est. ac nequaq; vocationi ⁊
gratiae christi cōdignos exhibet fructus.
vbi nō dī. decimas tuas et primicias of-
feres domino deo tuo. b̄ vade vnde om-
nia que habes et da pauperibus. ⁊ babe
bis thesaurum in celo. et veni seq̄re me.
vbi ob perfectionis magnificentiam dis-
cipulo postulant̄. ne brevissimū quidez
bore spacū pro patris conceditur sepul-

r 5

...-17

Collatio XXI abbatis Theone

tura· nec hūane charitatis officiūz· dīni
ni amoris virtuti prefertur.

Cuēadmodū theonas cōingē
sua vt et ipla renunciaret exhorta
tus sit. **L**ap. viii.

Dibūs auditis beatus Theo
nas inextinguibili desiderio euā
gelice perfectionis accensus· se
men verbi secundo corde conceptum· q̄i
profundis atq̄ edomitib⁹ condidit sulc⁹
in eo vel maxime humiliatus atq̄ com
punctus· q̄ eum senex non solum enāge
licam perfectionem nō attigisse dixisset·
sed etiam vir legis ipius adimplisse mā
data. **S**iquidem cum decimas frugum
suarum solitus esset diaconie annis sin
gulis pendere primitiarum rationem ne
audisse quidem se aliquando quā tamē
etiam si similiter impletisset longe nibilo
minus s̄m senis sententiam se ab euāge
lica perfectiōe distare suppliciter fateba
tur. **D**omū itaq̄ revertitur messus· illa
q̄ affectus tristitia· que penitentiam ad
salutem stabilem operatur· ac de sua iaz
voluntate et definitione non dubius· er
ga salutem coniugis· omnem mentis sol
licitudinem curamq̄ conuertit· eāq̄ ad
desiderium quo fuerat ipse succensus· ce
pit exhortatiōe simili pronocare· et vt do
pariter in sanctimonia et castitate serui
rent· diuinis nocturnisq̄ fletibus amo
nere dicens; conuersiōem melioris vite
nequaquā esse protelandam· quia necessi
tati subite mortis vana spes immatu
re non preuidaret etatis· quippe que in
fantes pueros adolescentes· pari ut senes
sorte periperet.

Cuēadmodum nō acquiescen
te yrōre sua ad monasteriū per
uolarit. **L**ap. ix.

Culmoz huiusmodi obsecratio
nibus ingiter persistenti· piuñx
durissima nō preberet assensū.
seq̄ diceret solatio maritali pro etat⁹ sue
flore penitus abstinere non posse· ac pro

inde siquid deserta ab eo criminis admī
sisset· illi potius ascribendum· qui coniū
gi federa dirupisset. **A**d hec ille cum dī
conditionem nature pretendisset huma
ne· quā fragilē et incertam periculosem
ess̄ carnalibus desiderijs et operibus· di
utius implicari· adiūciens astruebat· nō
licere cuiq̄ eius se boni extorē facere qd̄
didicisset· maiorisq̄ esse noxē despicerē
cognitam bonitatem· q̄ incognitam nō
amarē· proīde se iā reatu etiā p̄uaricati
onis innolui· si inuētis tam p̄eclaris tā
q̄ celestib⁹ donis· terrena ac sordida p̄it
litter. **A**d omnē sane aiebat etatē· oēm q̄
sexum perfectionis magnificientiam per
tinere· et vniuersa ecclēsie membra ad cō
scendendam sublimū meritorum cel
litudinem prouocari· dicente apostolo
sic currere ut comprehendatis· nec prop̄
lentorum et segnium moras· paratos at
q̄ alacres detere subsistere· cum rectus
sit· vt desides a precurrentibus inciten
tur· q̄ vt properantes a residentibus ob
ligent. **P**roīde statutū sibi dicebat te
cretūq̄ esse renūciare sceno ac mori mū
do· vt viuere possit dō· et si hanc beatitu
dinē nequeat obtinere· vt cum socia sua
in consortium transeat christi· malle se
vel cum vniuersi membra dispendio salutis
fieri· et velut debilem introire i regnū ce
lorū· q̄ cū soliditate corporis cōdemna
ri. Adiūciebat aut̄ etiā ista dices. **S**i mo
yles pro diuicia cordis dimitti permis
tit vxores· quare hoc non sinat christus
pro desiderio castitatis· presertim cum
idem dominus inter ceteras affectiones
id est· patrum matrum ac filiorum qui
bus omnem reverentiam· non solum lex
sed etiam ipse precepere exhibere tamē
pro nomine suo ac desiderio perfectiōis
non solum contempnda simpliciter· s̄z
etiam odio habenda esse decernens· con
iungat eis similiter etiam vxoruñ nomine
dicens· et omnis qui reliquerit domum
vel fratres aut sorores aut patrē aut ma
trem aut vxorem aut filios aut agros· p
pter nomen meūm· centuplum accipiet·

De remissione quinquagesime

et vitam eternam possidebit. Intantum ergo perfectioni quā predicatib[us] pati-
tur comparari. ut illam quoq[ue] necessari-
dinem soluat patris ac matris. que scđz
apostolum primum obtinet in re promis-
sione mandatum. honora scilicet patrē
et matrem. quod est mandatum primuz
in re promissione. ut bene sit tibi 7 sis lon-
genus super terram. eamq[ue] despici pro
suo amore precipiat. Evidenter itaq[ue] si
cut eos euangelicus sermo condemnat
qui non interueniente adulterij crimine
vixoria vincula dirumpunt. ita ob amo-
rem christi et desiderium castitatis. his
qui ingum carnale reiecerint. etiam cen-
tupla premia re promittit. Quapropter
si fieri potest. ut ad hanc optatissimaz mi-
bi partem. accepta tandem ratione flecta-
ris. scilicet ut domino servientes. penam
gehennae pariter evitemus. charitatez cō-
iugij non refuto. immo etiam maiore ad
huc dilectione complector. agnosco enī
et veneror adiutricē meā. dñi in sententia
deputatam. et indirupto eidē federe cha-
ritatis in christo colixerere non respuo. nē
a me separo quod dominus mibi prime
statim conditionis lege coniunctit. dum
modo sis et ipsa quod cōditor esse te vo-
luit. Ei dō nō ad adiutoriū esse voluer[
sed in deceptionem. 7 amminiculū tenō
mibi sed aduersario malueris exhibere.
atq[ue] ob hoc attributum putas coniugij
sacramentuz. vt te huic que ingenit frau-
dans saluti. insuper etiam me a discipu-
latu retrahas salvatoris. ita illam abba-
tis iohannis immo christi ore prolatam
sententiam viriliter apprehendam. ut me
a spiritali bono nulla carnalis auellere
possit affectio. Qui enim inquit nō odit
patrem et matrem. et filios et fratres 7 so-
rores et vxorē et agros. adhuc āt 7 aīq[ue]
suā nō p[er] me esse discipulus. Cuzg[ue] bis
atq[ue] huicmodi verbis muliebris non
fleteretur intentio. et in eadem obstina-
tionis duricia permaneret. si ego inquit

beatus theonas te abstrahere a morte
non possum. nec tu me separabis a chri-
sto. Tintius ē autē mibi cum homine q[ui]
cum deo habere diuortium. Aspirante
itaq[ue] gratia dei. definitionis sue execu-
tionem instanter aggressus es. nec intrepe-
scere per aliquam morā desiderij sui pas-
sus est ardorem. nam confessum omni mū-
dana facultate nudatus ad monasteriū
peruolanit. Ubi in brevi tanto splen-
doze sanctitatis et humilitatis emitit.
ut beatem memorie iohanne ad dominum
ex hac luce migratē. sanctoq[ue] Heliā vi-
to qui haud minor decessore suo fuit si-
militer dececedente. tertius theonas vniū
sorum preelectus iudicio. in diaconicis
dispensatione successerit.

Satisfactio pro eo ne discidia coniugibus suadere videamur

Cap.x.

Nemo autem existimet nos hec
ad prouocanda cōingiorū di-
uertia texisse. qui non solum
nuptias minime condemnamus. verum
etiam apostolicam sequentes sententi-
am. dicimus honorabile connubium in
omnibus. et thoros immaculatus. sed
ut lectori initium conuersio[n]is quo tan-
tus ille vir deo dicatus est fideliter pan-
deremus. A quo bona gratia hoc primū
deposito. ut siue b[ea]ti placeat siue disipli-
ceat. me quoq[ue]modo a calunnia alienus
esse concedens. in suo hoc facto aut lau-
det aut reprehendat auctorem. Ego au-
tem qui non meam super hac re sententi-
am prompsi. sed rei geste bystoriā sim-
plici narratione complexus sum. equuz
est ut sicut mibi de eozim qui hoc factū
probant laude nihil vendico. ita eoz q[ui]
id improbat non pulserimuidia. Ha-
beat ergo suum te illo ut diximus unus
quisq[ue] iudicuz. sed moneo ut ita censu-
ram sui castiget et examinis. ne se equiores

r 4

Collatio XXI abbatis Theone

aut sanctiorem divino credat esse iudicio quo in eum etiam apostolicarum collata sunt signa virtutum. ut taceam de tantorum patrum sententia. a quibus factum eius non solum minimere prebebatur. verum etiam usque adeo collaudatum esse manifestum est. ut eum summis ac sublimissimis viris in diaconie electione preulerint. Et puto tot spiritualium virorum deo auctore prolatum non errasse iudicium. quod etiam tanta signorum ut supra iam dictum est admiratio confirmabat.

Inquisitio cur in egypto totis diebus quinquagesime non ieunetur nec genua in oratione curueruntur. *Lap. xi.*

Sed iam tempus est ut pro missae disputationis ordines psequamur. Igitur abbas Theonas cum diebus quinquagesime nos in nostra cellula visitasset. vespertina orationum solemnitate tracta. humi pululum confidentes. cepimus diligenter percontari. cur apud eos tanta observationia caueretur. ne quis penitus totis quinquagesime diebus vel genua in oratione curaret. vel usque ad horam nonam ieunare presumeret. eoque id diligentius scrutabamur. quod nequaquam hoc tanta cautione fernari in syrie monasterijs viseramus.

Respōsio de natura eorumque bona vel mala vel media sunt. *Lap. xii.*

Abbe abbas Theonas talius est sermonis exordio. Oportet quidem nos auctoritati patrum consuetudini quam maiorum usque ad nostrum tempus

per tantam annorum series protelate. etiam non percepta ratione cedere. eamque ut antiquitas tradita estiungi obseruatia ac reverentia custodire. Ut enim quoniam causas huic rei et rationem vultus agnoscere. accipite breviter ea que a senioribus nostris tradita super hac institutione comprehendimus. Ut autem antequam scripture divine auctoritas proferatur. si placet de natura ipsius ieiunij et qualitate panca dicamus. ut disputationem nostram subsequens scripturarum confirmet auctoritas. Divina sapientia per ecclesias omnem rei id est. universis seu prosperis seni que aduersa putantur et tristia. temporis esse proprium designauit dicens. Omnibus tempus est. et tempus omnis rei sub celo. Tempus pariendi et tempus moriendi. tempus plantandi et tempus euellendi quod plantatum est. tempus occidendi et tempus sanandi. tempus destinandi et tempus edificandi. tempus plorandi et tempus ridendi. tempus plangendi et tempus saltandi. tempus mittendi lapides et tempus colligendi lapides. tempus amplectendi et tempus longe fieri ab amplexibus. tempus acquirendi et tempus perdendi. tempus custodiendi et tempus expellendi. tempus dirumpendi et tempus sarcinandi. tempus tacendi et tempus loquendi. tempus amandi et tempus odiandi. tempus belli et tempus pacis. et infra. quia tempus est inquit omni rei et omni facto. Quidlibet ex his esse bonum perpetuum diffiniuit. nisi cum fuerit horum quid oportune et competenter expletum. ita ut hec eadem que nunc oportune gesta bene cedunt. Non importuno vel incongruo tempore presumatur. inutilia inueniantur et noxia. absque his dumtaxat que per se principaliter vel bona vel mala sunt. nec aliquando possunt in contrarium dirimari. ut ciuitas. prudenter. fortitudo. temperantia. ceteraque

De remissione quinquagesime

virtutes sine ediuerso via^m quorum te
finitiones in aliam partem cadere omni
no mutari v^en^on possunt. Si qua ve
ro in vtrum q^z affectu possunt aliquan
to transire ut pro qualitate vtenti^z v^z
bona inueniantur vel mala. hec non ab
solute p sua natura sed p perpetrantis
affectu et oportunitate temporis vel vti
lia interdum vel notia sentiuntur.

Quale bonum sit ieunium.

Lap. xiiij.

Quamobrem nunc querendū est quid super ieunio
rū statū decernere debam^z.
vtrum nā similiter et ipsum
bonum esse eo modo quo iusticiam p^r
udentiam fortitudinem aut temperantiam
diximus que in partem contrariam
penitus transire non possunt an mediū
quid quod interdum factum possit pro
tessē interdum pretermisso^z condamna
re non possit quodq^z nonnunq^z egisse
reprobabile sit nonnunq^z p^rmisso
landabile. Si enī in illa diffinitione vir
tutum etiam ieunium censemus ut in
ter principalia bona ciborum abstinen
tia collocetur erit profecto eorum mala
et criminosa perceptio. Quicquid enim
principali bono contrarium est sine dū
bio principale malum esse censendum ē.
Qd definiūta nobis scripturarum san
ctarum non permittit anctoritas. Si n
tali sensu ac proposito ieunemus ut pec
catum contrahim in escarum participati
one credamus nonmodo nullos fruct^z
pro abstinentia consequemur sed etiam
reatum maximū ac sacrilegij crimen fm
apostolum contrahemus abstinentes a
cibis quos deus creauit ad percipiendū
cum gratiarum actione fidelibus et his
qui cognoverunt veritatem quia omnis
creatura dei bona et nihil rejciendum

quod cum gratiarum actione percipitur.
Qui enim putat quid commune esse illi
commune est et idcirco ob solam perce
ptionem esse neminem legimus condem
natūm nisi forte iunctum quid fuerit v^z
postea subsecutu^z per quod meruerit co
demnari.

¶ Non sit principale bonum ie
unum.

Lap. xiiij.

Et aq^z hoc medium esse etiā ex
hoc manifestissime declaratur
quia sicut non iustificat custo
ditum ita non condemnat irruptu^z ni
si forte p^rcepti transgressio magis q^z esca
rum perceptio puniatur. Principali au
tem bono ita nullum oportet vacuu^z esse
tempus ut sine eo cuiq^z esse nō liceat q^z
necessē est cessatione eius in malu^z corrū
ere negligente^z. Nec rursus principali
malo vllum conceditur tempus q^z qd
noxium semper est nūq^z poterit si admis
sum fuerit non nocere vel in partem vnl
q^z landabile cōmutari. Ac pindē ea q^z b
qualitates statutas videmus et tempo
ra et q^z sic obseruata sanctificat ut omis
sa non polluant media esse manifestum
est utputa nuptias agriculturam dini
tias solitudinis remotionem vigilias
sacrorum lectionem meditationemq^z li
borum ipsaq^z ieunia de quibus prin
cipiū sermonis exortum est Quę omnia
divina preceptio vel sanctarum auctor
itas scripturarum non ita incessanter
obtinenda nec in giter custodiēda dece
rit ut ea paululum int̄misso nephar
um sit. Quicquid enī imperante decer
nitur morte interrogat nō impletū q^z unq^z
vero suadent poti^z q^z iubent facta pro
sunt infecta nō puniūt Et idcirco aut oia
hec aut certe quedam p causa pro loco
p modo pro tpe circūspecte agere nos
maiores nostri et prouide obseruare ins
erunt quia si congueborum aliquid

Collatio XXI Abbatis Theone

Q. 48

actitetur aptum atq; conueniens. si in cogne inceptum esse constat ac noxius; ac si velit quis in fratribus aduentu in quo christum debet humanitate reficere. et q; tissima susceptione complecti. austerita tem ieiunij custodire. nonne inhumanitatis potius crimen incurrit. quā laude et meritum religionis acquirit. **A**el si cum defectio rimbocillitas carnis repa rationem virium esse perceptione depo scit. non acquiescat aliquis rigorem absu lalentie relaxare. nonne magis crudelis sui corporis homicida. q; salutis prouisor est estimandus. **I**ta etiam cum tempus fessitudinis escarum congruum fo tum et refectionem necessarie absolutio nis indulget. si quis ieiuniorum rigidam obseruantiam indirupte voluerit retene tare. necesse est ut non tam religiosus q; inconditus atq; irrationabilis habeatur. **S**ed et illis hec nihilominus reperi entur aduersa. qui humanam laude ieiunijs aucepantur. et inani ostentatioe palloris famam sanctitatis acquirunt. quos euangelicus sermo in presenti su am recepisse mercedem pronunciat. vel quorum per prophetam dominus ieiuni um detestatur. et ex quorum persona cū sibi obijciens ante dixisset. quare ieiuna nimus et non aspergisti. bñliauimus animas nostras et nescisti. confessim subiici ens prodidit causas cur non merentur audiri. **E**cce inquit in die ieiunij vestri innenit voluntas vestra. et omnes debitores vestros repetitis. **E**cce ad lites et contentiones ieiunatis. et percutitis pugno impie. **N**olite ieiunare sicut usq; in hanc diem. ut audiatur in excelsis clamor veller. **N**unquid tale est ieiuniorum quod elegi per diem affligere hominem anima suam. **N**unquid contorquere quasi circulum caput suum. et saccum et cineres sternere. **N**unquid istud vocau ieiuniorum. et diem acceptabilem domino. **D**einde infert docens quomodo acceptabilis fiat

continentia ieiunantis. atq; enidenter enunciat per se solum ieiunium non posse prodesse nisi has que subjiciuntur cau sas habuerit consequentes. **N**ōne hoc ē inquiens ieiunium quod elegi. **D**issolu ue colligationes impietatis. lollus fasci culos deprimentes. **D**imitte eos qui cōfracti sunt liberos. et omne onus dirū pe. **F**ranga esurienti panē tuum. et ege nos vagosq; induc in domū tuā. **C**ū videris nudum operi eum. et cornem tu am ne despixeris. **T**unc erumpet quasi mane lumen tuum. et sanitas tua citius orietur. et anteibit faciētuā iusticia tua. et gloria domini colliget te. **T**unc inuocabis et dominus expandet. clamabis et dicet ecce assū. **G**reditis ergo ieiunium neq; principale bonum a dño iudica ri eo q; non per seipsum sed per alia ope ra bonum ac placitum deo fiat. et rur sum ex accidentibus causis. non solū va num. verum etiam odibile censeatur. di cente domino. cum ieiunauerint nō exan diam preces eorum.

On principale bonum non propter inferius bonum debeat exerceri. **L**ap. xv.

DOn enim misericordia. patientia et veritas. vel illa predicta pcepta virtutum. in quibus vt q; bonum ē principale. propter ieiunia sunt tenenda. s; potius ieiunia propter illa. Elaborandum est enim ut virtutes ille que vere bone sunt ieiunijs acquirā tur. nō ut ad ieiuniorum terminum ten dant illarum gesta virtutis. **O**b hoc ergo est utilis carnis afflictio. ob hoc et adhibenda est in die medicina. ut per illaz ad charitatem in qua immobile ac sine villa temporis exceptione perpetuum bo num est peruenire possimus. **N**eque enim medicina aurifice vel ceterarum que i hoc mundo sunt artium disciplina. pro

De remissione quinquagesime

pter instrumenta que ad opus eius pertinente exerceatur et non potius ferramenta propter artis studium preparatur que sic utilia sunt pitis ita superflua his qui artis ipsius nesciunt disciplinam. Et sicut his qui ad efficiendum opus suum coru[m] ministerio fulciuntur plurimum prosunt illis qui cu[m] rei gratia instituta sint ignorantia sola eorum possessione contenti sunt penitus prodesse non possunt quia utilitas eorum summa[er] in retentatione eorum tantum non in operis constitutione constituunt. Illud ergo est optimu[m] principaliter propter quod sunt illa que media sunt ipsum vero precipuum bonum non ob aliam causam sed propter suam tantum agitur bonitatem.

Quomodo a ceteris bonis principale discernatur bonum.

Lap. xvi.

Go d qdē a ceteris q media eē p̄dīrī, m̄. bis secernit modis. si p̄ se bonū sit et n̄ p̄ aliud aliquid. si p̄ se necessarium sit et non propter aliud. si i[n] mutabilitate semper q sit bonum. ac p[ro]p[ter] suam retinens qualitatem. nunq[ue] in partem poslit transire contrariam. si ademptio vel cessatio eius non possit summa n̄ inferre perniciem. si id quod illi contrariu[m] est. similiter principale sit malum. nec in partem bonam possit aliquando transire. Que diffinitōes qb[us] p[ri]ncipaliu[m] bonor[um] natā discernit ascribi ieunij omnino n̄ p[ar]t. Nec enī ex semetipis bona aut p[ro]p[ter] se necessaria sunt q[ue] p[ro]pter acquirendam cordis et corporis puritatem salubriter excentur. vt aculeis carnis obtusis mēs purificata suo cōciliat auctori. nec immutabilitate sp[iritu]s q[ue] sunt bona. q[ue] plerumq[ue] eorum intermissione non ledimur. immo etiam in perniciē interdum anime im̄portunius celebrata v[er]tuntur. Sed nec principale malum eid quod illi videtur aduersum. id est. cibor[um] naturaliter iocunda perceptio. que nisi intemperantia atq[ue] luxuria. vel alia quedam ricia subsequantur. mala non po-

test definiri. quia non qd intrat in os co inquinat hominem. sed que procedunt te ore hec coinq[ui]nat hominem. Princ[ipi]alitate q[ue] derogat bono. nec perfecte aut sine peccato illud exequitur. quisquis hoc nō propter idipsum sed propter aliud aliquid facit. Omnia enim huic gra tia facienda sunt. ipsum vero propter se solus est extēndū.

Deratione et utilitate ieunij.

Lap. xvii.

Alem igitur definitiones sup[er] ie unij qualitate ingiter retinetes. ita illud totis viribus ani mi appetamus. vt tamen tunc temu[m] id nobis congruum nouerimus. si in eo tē p[ro]p[ter] ratio. si qualitas. si mensura fuetur. nec ita vt in ipso spei nostre terminu[m] desigamus. sed vt per ipsum ad puritatem cordis et apostolicam charitatē p[er]uenire possimus. Igitur ex hoc ipso ieunio vbi non solum specialia p[re]fixa sunt tempora. quibus vel exerceri debet vel p[re]termitti. sed etiā qualitas modusq[ue] propositus est. non principale bonum. s[ed] medium quiddam esse manifestum est. Ceterū hec que precepti auctoritate. vel mandantur vt bona. vel interdicunt ut noxia. nunq[ue] ita exceptiō temporum s[unt] iacent. vt interdum. aut que verita sunt fieri debent. aut que imperata sunt p[re]termitti. Nec enim nullus iusticie patientie sobrietati. pudicitie. charitati. statutus est modus. nec rursum iniusticie. impatientie. furor. impudicitie. inuidie atq[ue] superbie libertas aliquando permitta ē.

Non semper congruum esse ie unum.

Lap. xviii.

Não br̄ his deieunij qualitate premisis. subdenda adhuc sanctarum scripturarum videatur auctoritas. p[er] quam apparet manifestū ieunium perpetuum custodi nec debet renec posse. In evangelio ieunantibus phanaleis vna cum discipulis Johannis baptiste. cum apostoli reporte amici et cō

Collatio xxii Abbatis Theone

niue celestis illius sponsi· nec du^r ieiuniū
orum obseruantiam custodiret· discipu-
li iohannis qui summam iusticie se ieiuniū
nū possidere credebat· quippe illius se-
ctatores qui eximius penitentie predica-
tor· ita cunctis populis formā suo prebe-
bat exemplo· vt non solum varia escarū
genera· q̄ būanis vslī suggestū abnu-
eret· verūtiā cōmunem panis ip̄i^s esū
penitⁱ ignoraret· dō coqrunt dicētes.
Quare nos et pharisei eum frequē-
ter· discipuli autē tui nō ieiunant. Qui
bus respondens dominus evidēt ostendit· non omni tempore congruum esse iei-
uniū· nec necessarium alicui cum vel
festinata temporum vel intermissione char-
itatis occasio· indulgentiam refectionis
admittit· nunquid possunt inquiens filij
sponsi lugere· q̄dū cum illis ē spōsus:
venient autē dies cū auferetur ab eis spō-
sus et tunc ieiunabunt. Que verba licet
anter resurrectionē dixerit corporis sui ta-
men proprie quinquagesima temp⁹ ostē-
dunt· in quo post resurrectionē quadra-
ginta dies domino cum discipulis epu-
lante ieiunare illos quotidiane eius pre-
sentie gaudium non sinebat.

**Interrogatio cur totis quinq-
ginta diebus ieiunium relaxe-
tur.** Cap. xix.

Erianus. Quare igitur to-
ta quinquagesima abstinentie
rigorem prandii relaxam^r· cū
vtiq̄ christus quadraginta tantum di-
eis post resurrectionem cum discipul-
fuerit commoratus?

Responsio. Cap. xx.

Theonias. Non incōgrua in-
terrogatio vestra rationem inte-
gerime veritati meretur agno-
scere. Post ascensionem saluatoris no-
strī que quadragesimo resurrectiōis ei^r
acta est die apostoli reuersi de monte oli-
ueti· in quo se ad patrem pergens prebu-
it intuendum· sicut etiam actuū aposto-
lorum lectio contestatur· ingressi biero-
solimam· decem diebus aduentum spiri-

tus sancti expectasse refertur· quibus ex-
pletis quinquagesima cum die cū gan-
dio suscepunt· et ita est per hē festinata
his numerus evidentē impletus.
Quem in veteri quoq̄ testamento legi
mus figurāliter adūbratūm· in quo cō
summatis hebdomadibus septē· primi
tiārum panis per sacerdotes domino in-
bebatur offerri· qui veracissime per apo-
stolorum predicationem· qua in illo die
concionati leguntur ad populum· obla-
tus domino comprobatur· verus scilicet
primitiarum panis· qui noue doctrine i-
stitutione prolati s· quinq̄ milibus vi-
roz̄ esce sue munere satiat. primitiu
deindeis christianorum populum dō
consecravit. Et idcirco bi quoq̄ decem
dies cum superioribus quadraginta pa-
ri solennitate sunt ac leticia celebrandi.
Luius festinatatis traditio· per apostoli-
cos viros ad nos vslī transmissa codē
tenore seruanda est. Ideo namq̄ in ip̄is
diebus nec genua in oratiōe curvātur·
quia inflexio genuū velut penitentie ac
luctus indicium est. Unde etiā per om-
nia eandem in illis solemnitatē quam
die dominica custodimus· in qua maio-
res nostri· nec ieiunium agendum· nec ge-
nu esse flectendum· ob reverentiaꝝ resur-
rectionis dñice tradiderunt.

**Interrogatio vtrū abstinentia
ieiuniū relaxata nō obsit corpo-
ris castitati.** Cap. xxi.

Erianus. Potest ne hecca-
ro insolitis blandimentis tam
longe festinatatis illecta· nō ali-
quid sentuolum de illo quāvis absculo
victoriū somite germinare· aut mēs pre-
sumptis vltra consuetudinē dapibus
onerata· nō erga famulatū corpori rigo-
rem dñationis suę inflectere· presertī cū
in nobis viridior eras· cito ad rebellionē
subdita possit membra compellere· si vel
escas solitas abundantius vel certe inso-
litas licentius presumamus:

**Responsio de seruādo contine-
tie temperamento.** Cap. xxii

De remissione quinquagesime

abeis ac fugiēda decernit. q̄ p̄ ea q̄quō vel ad modicū tps ab illi perfecte beatitudinis gaudio retrahūtur. Agere enim lepxctū ē quā b̄uano generi p̄uariatio sui iduxit auctor. illi noxā in quez latrā esteq; illi in iudicis illa s̄nīa maledicta tra in opib; tuis spinas et tribulos germinabit tibi. et in sudore vultus tui edes panē tuū. Hec inquā est lex mēbr̄ oīm i ferta mortaliū. q̄ repugnat legi mēt̄ n̄re eāq; a dñmino arcet intuitu. et p̄ quā maledicta tra in opib; n̄ris. post agnitionē boni et mali cogitationū spinas cepit ac tribulos germinare. q̄tū aculeis id ē vi cij carnis nō obtusis. sp̄ns semia p̄focā tur ne illū panēnīm q̄ de celo descendit q̄q; p̄fortat cor boīs edere absq; vultū sudore possimus.

Ite illius. Scimus aut̄ qm̄ lex spiritualis est et reliqua. **Lap. xii.**

Dñe enī h̄uanū gen̄ huic generaliter legi sine vlla exceptiōe subhīc. Null̄ enī est q̄uis sanctus qui supradictum panem non cum sudore vultus sui. et sollicita cordis intentione percipiat. Ceterum communī isto pāe multi ut videmus dñuites sine vulo vultus sui sudore r̄escūtur. Quāz etiā legē b̄tū apls spiritualē assūrit dices. Scim̄ aut̄ q̄ lex spiritualē est. ego autem carnalis suz vñudat̄ sub pctō. Spiritalis enīz est lex q̄ iubet nob̄ ut in sudore vultus nostri comedam̄ illū panē vñū q̄ de celo descendit. s̄ nos carnales fec̄ vñudatio illa pctō. Qd̄ ergo istud cuiusue pctō ē. Hinc dubio ade. cui p̄uariatiōe et vt ita dicā negotiatiōe dānoſa fraudulētoq; cōmertio vēditi sum. Dñe enī plēm suā p̄teris p̄suasiōe seduct̄. illiciti cibi p̄ceptiōe distractā. in go p̄petue fuitutis addixit. Hic nanc̄ mos solet inter vendentē emētēq; p̄uari. vtis q̄ se alieno cupit dñō mācipare. aliqd̄ p̄cēt̄. p̄ iactura. p̄prie libertatis et addi ctione p̄petue fuitutis a suo consequat̄ emptore. Qd̄ etiā int̄ adā atq; p̄tentem manifestissime videmus īpletū. Ille em̄

t 3.

Collatio XXIII abbatis theone

a serpente precium libertatis sue est in-
dicte arboris capiens. a naturali liberta-
te discessit illiq; maluit semetipm per pe-
tua vendere seruitute. a quo vetiti poni
letale precium fuerat a securitus. qua dñi
ceps conditione constrictus. nō immer-
to omnē posteritatis sue progenie. perpe-
tuu eidem cuius effectus est seruus libdi-
dit famulatu. Quid enī alind suile con-
ingū potest. pcreare q̄ seruos. Quid er-
go. Nunquid emptor iste & satus & cal-
lidus. dñi vero atq; legitimo ius dñi
tionis eripuit. Non ita ē. Nec enī sic il-
le omue peculiū dei. vnius fraudis dolo-
sitate perusit. vt potentiaꝝ dominij sui
verus dñator amitteret. qui ipm quoq;
emotorē q̄nūs refugam atq; rebellem. ta-
mē ingo deprimit fuitutis. sed q; q̄ om-
nibus rationabilib⁹ creaturis arbitrij
libertate creator indulserat. eos qui se cō-
tra fas edacis concupiscentie transgres-
sione vendiderāt. inuitos ad ingenitam
libertatē renocare non debuit. Ab hoc ret-
siquidez ab illo iusticie & pietatis auco-
re. quicquid bonitati equitatiq; contra-
riū est. Malum enī fuerat si concesserat lib-
tatis beneficiū renocasset. in iustū si libe-
rum hominē potentia sua opprimēs atq;
captivans. libertatis accepte priuilegiū
exequi nō sinisset. cuius salutem in futu-
ra tunc secula resernauit. vt recto ordine
completetur statuti temporis plenitudo
Dportebat enī eius sobole tamdin sub
bac vite pditione durare quousq; eadē
originalib⁹ viciū liberatā. i. atq; liber-
tatis statum. prioris dñi gratia p̄cio sui
sanguinis reformaret. quā pictatis in-
stinctu potuit etiā tunc saluare sed nol-
it. quia eum decreti sui irripere sanctio-
nem equitas nō sinebat. His nosse cau-
sam renditionis tuę. Audi ipsum redē-
ptorem tuū per esaiam prophetam aper-
tissime proclamantes. Quis est iste liber
spudij matr̄ vestre quo dimisi eā. Ant
quis est creditor meus cui vendidi vos.
Ecce em̄ in iniqtatib⁹ vestris vēditi est.
et in sceleribus vestris dimisi matr̄ ves-
triam. His etiā euidenter agnoscere cur-

teingo seruitutis addictum redimere po-
tentie sue virtute noluerit. Audi qd ad
superiora quibus eisdem famulis causā
voluntarie renditionis exprobrat. adie-
cerit. Nunquid abbreniata & parvula
facta est manus mea. vt non possim re-
dimere. autnō est in me virtus ad liberā-
dum. Sed quid huic potentissime misse
ricordie eius semper obſtiterit. idem pro-
perta demōstrans. ecce inquit nō est ab-
breniata manus dñi ut salvare nequeat.
q̄ aggrauata est auris eius. vt non ex-
audiat. sed iniuitates vestre diviserit
iter vos & deū vīm. & peccata vīa absco-
derūt facie eius a robis ne exaudiret.

Item expositio illius. Scio autē
q̄nō habitat in me hoc est i car-
ne mea bonum. Lāp. xiiii.

Via ergo carnales nos fecit. et
spinis ac tribulis condemnauit.
uit illa dei pria maledictio. nos
q̄ ita iniquo pater noster veniūdauit cō-
mertio. vt bonū qd volumus agere neq;
amis. dñi dimulsi a memoria lumi dei.
ea q̄ hūane fragilitatis sunt cogitare cō-
pellimur. dñi puritatis amore flagrātes.
incentiuis naturalibus que penit⁹ igno-
rare velimus etiam inuiti plerumq; cō-
pungimur. scimus quia non habitat in
carne nostra bonum. id est huius quam
diximus theorie atq; puritanis perpetua
iugisq; tranquillitas. Sed factum est
istud pessimum ac lugubre diuortium. vt
cum mēte legi dei fernire velimus. nūq;
sc̄ volentes & claritate divina dimone/
re conspectū. tamen carnalib⁹ tenebris
circumfusi quadā lege peccati ab eo qd.
bonū eēnonimus cogamur anelli sc̄ ad
curas cogitationesq; terrenas. ab illa mē-
tis celſitudine decidentes. ad q̄s nos lex
peccati. id est illa sententia dei nō imme-
rito condemnauit. quā primus delictor
excepit. et inde est qd beatus apl̄us. cuꝝ
apertissime fateatur ineuitabili se v̄l om-
nes sanctos p̄cti b⁹ necessitate confir-
gi. tamen neminē eorum ob hoc esse dam-
nandum audenter enūciat dicens. Qi-
bile ergo nūc damnationis est his q̄ sunt

De velle bonū et agere malum

in christo iesu. **L**ex enim spiritus vite in christo iesu liberavit me a lege peccati et mortis. id est quotidiana gratia christi omnes sanctos suos ab hac lege peccati et mortis in qua iugiter vel nolentes cogatur in currere cum remissionem debitorum suorum a domino precatur absolutum. **V**is detis ergo non ex persona peccatorum. **S**ex illo: qui vere sancti atque perfecti sunt hanc beatum apostolum promulgasse sententiam: non enim quod volo bonum hoc facio sed quod odi malum hoc ago. et video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. et captiuum me ducentem in lege peccati. que est in membris meis.

Obiectio quae neque infidelium personis coueniat neque sanctorum: non enim quod volo facio bonum.

Lap. xiiij.

Ermanus. Neque eorum qui capitalibus criminibus implcantur. neque apostoli vel illorum qui ad eius profecere mensuram. hoc dicimus cognoscere posse personis. sed de his propriis locis intelligi debere censemus. quod post dei gratiam agnitionemque veritatem a carnalibus se viciis abstinere cupientes. antiqua adhuc consuetudine velut naturali lege in membris suis violenterissime dominante ad inolitam passionem concupiscentiam pertrahuntur. **V**is enim a frequetia delinquendi. velut lex efficitur naturalis. que membris humanis infirmitatis inserta. affectus anime nec dum plenis virtutum studijs eruditae. sed adhuc ruidis ac tenere ut ita dixerim castitatis. captiuos rapit ad via. ac morti eos antiqua lege subiiciens iugo peccati dominantis addicit. non sinens eos bonum quod diligunt puritatis adipisci. sed potius malum quod execrantur exercere copelles.

Responsio ad obiectione pponitam.

Lap. xv.

Neonias. Non parum vera proficit opinio. Dicendum etiam vos ipsi astruere iam cepistis

in illorum persona qui omnino peccatores sunt. hoc penitus stare non posse. illis autem qui se a viciis carnalibus abstinerent contendunt propriam conuenire. **Q**uos quoniam a peccatorum iam numero segregatis. consequens est virtutem fidelium atque sanctorum paulatim cetibus inserat. **Q**uem enim genera peccatorum istos dicitis posse committere quibus si fuerint post gratiam baptismatis inuoluti. rursum per quotidiam christi gratiam liberentur. **A**ut de quo mortis corpore apostolus dixisse credendus est. quis me liberabit de corpore mortis huius. gratia dei per iesum christum dominum nostrum. **D**omine manifestum est sicut vos quoque ipos veritas compellit confiteri. non de illis capitalium criminum in membris. per quae stipendiis eterne mortis acquiruntur. id est homicidij. fornicationis. adulterio. ebrietatis. furto. atque rapinarum. sed de illo predicto cui gratia christi quotidiana succurrat corpore memorari. **Q**uisquis enim post baptismum et scientiam dei. in illud mortis corpus incurredit. sciat senon quotidiana gratia dei. id est facilis remissione quoniam momentis singulis exoratus dominus noster erroribus nostris do nare pluerit. sed ant diurna afflictione penitentia ac penali dolore purgadum. aut certe per his in futuro eterni ignis supplicijs addicendum. ita eodem apostolo pronunciente. **N**olite falli. neque fornicari. neque idolis servientes. neque adulteri. neque molestas. neque masculorum concubitores. neque furios. neque auarici. neque ebriosi. neque maledicti. neque rapaces regnum dei possidebunt. **A**ut quod est ista lex militans in membris nostris. que repugnat legi mentis nostrae. cum quod nos resistentes. atque captiuos in legem peccati ac mortis abduxerit. ei quod nos fecerit carne seruire. nihilominus mente legi dei seruire permitteat. **N**ec enim hic puto legem peccati flagicia designare. aut hoc deus predictis intelligi posse criminibus. que si quis facit legi dei mente non servit. a qua necesse est cum animo animi discedere. quod

t. 4

Collatio xxiii abbatis theone

aliquid eorum carne cōmittat. **Q**uid est enim servire legi peccati· nisi ea q̄ a pctō im̄partitur implere? **Q**uod ergo peccati genus est quo cum se tanta sanctitas atq̄ perfectio sentiat captiūari· gratia tamē christi non ambigat liberanduz dicens. **I**n felix ego homo· quis me libera bit de corpore mortis huius: **G**ratia dī per ielum christum dominum nostrum. **Q**uā inquam legem membris nostris ī esse firmabit̄· que abstrahens nos a lege dei· et captiuans nos legi peccati· infelices nos potius faciat q̄q̄ nocentes· ut n̄ eternis supplicijs addicamur· sed quasi de interrupto beatitudinis gaudio suspirēmus· et auxiliatorem qui nos ad id retrabat inquirentes cum apostolo proclamēmus. **I**n felix ego homo· quis me liberabit de corpore mortis huius: **A**d duci nāq̄ captiū ī legē peccati· qd̄ ē aliud· q̄q̄ in effectu peccati atq̄ opere permanere: **N**ut quod alind principale dabitur bonum· quod sancti explere non possint· nisi id ad cuius comparationē vt supradiximus vniuersa nec bona sunt: **E**t quidem nonim̄ multa esse in hoc mundo bona· precipueq̄ pudiciciaz· cōtinentiam· sobrietatem· humilitatem· iusticiam· misericordiam· temperantiam· pietatem· sed hec omnia et summo illi bono paria esse non possunt· et perfici non dicam ab apostolis· sed etiam a medioscribus possunt· za quibus impleta non fuerint· aut eterno supplicio puniuntur· aut grandi vt supradictuz est labore penitentie· vel quotidiana christi gratia liberantur. **H**ypocrit̄ sit igitur· vt banc apostoli sententiam soli sanctorum persone recte fateamur aptari· qui in hac quaz prediximus incurrentes quotidie peccati non criminum legem· de statu salutis sine certi non precipitantur in facinus· **S**ed dictuz est de contemplatione diuina ad miseriam cogitationuz deuoluti corporalium· vere illius beatitudinis bono plenimq̄ fraudantur. **S**i enī se in bāc

membriū suorum legēz quotidianis sentirent scelerib⁹ illigan· non vtq̄ d̄ felicitatis amissione· s̄ de innocentie causarentur· nec diceret apostolus paulus· infelix ego homo· sed impn̄sus aut sc̄̄ lest⁹ ego homo· nec de corpore mortis huius· hoc est de conditione mortali· s̄ a flagicij atq̄ criminib⁹ carnis hui⁹ vellere absolvi. **S**z qz se pro p̄ditione fragilitatis humane senserat captiuatum· id ē abductū ad sollicitudines curasq̄ carnales· que lex peccati et mortis operatur· ingemiscens super bac quā innitus incurrerat lege peccati· confess⁹ recurrit ad christū· et presentissima grē eius redēptione saluat⁹. **Q**uicquid ergo lex illa peccati· que spinas ac tribulos cogitacionum curarum q̄ mortaliz naturaliter gignit· etiā i apostolici pectori terra sollicitudinis germinarit· ista lex gratie mortis auellit. **L**ex enim inquit spiritus vite in christo ielu· liberavit me a lege peccati et mortis.

Quid sit corpus peccati.

Lap. xvi.

Dergo ineuitabile corpus est mortis· in quod perfecti quicq̄ qui gustauerunt q̄q̄ suavis ē dominus quotidie renoluti· sentiunt cū p̄p̄ta q̄q̄ malum sibi et amaruz sit discedere a domino deo suo· hoc est corpus mortis quod a celesti eos intuitu retrahens ad terrena deducit· quod psallentes eos atq̄ in oratione prostratos· vel humanas effigies vel sermones vñ negocia vel actus facit superfluos retractare· hoc est corpus mortis quod emulantes angelicam sanctitatem· et volētes domino in giter interere· perfectionem tamē huius boni· quia mortis corpus obſiuit innenire non possunt· sed faciunt maluz quod nolunt· id est· traducuntur mente etiam ad illa que ad profectum virtutuz perfectionemq̄ non pertinent. **D**eniq̄ vt hoc de sanctis atq̄ perfectis sibi q̄s

De velle bonū et agere malū.

milibus se dixisse beatus apostolus cui deter exprimeret dígito quodammodo semetipsum tactuq; designans. p̄tinuo infert. Itaq; egoipse id est qui hec pronuncio. mee nō alterius conscientie lateras pando. Hoc sane elocutōnis genera familiariter vti apostol⁹ solet. si quando vult se specialiter designare. sicut ibi. egoipse paulus obsecro vos per manus suetudinem et modestiam christi. et rursum. nisi q; egoipse nō grauani vos. et iterū. h̄sto. egoipse nō grauani vos. et alibi. egoipse paulus dico vobis si circumcidamini christus vobis nihil proderit. et ad romanos. optabam enim egoipse anathema esse a christo pro fratrib⁹ meis. Potest autem non absurde etiam sic accipi. vt expressius emphasi. p̄nunciet itaq; egoipse id est. quē nos̄ esse apostolum christi. quem tota suspicentia veneramini. quē creditis summū atq; pfectū esse. et in quo loquitur christians. cum mēte seruiam legi dei. carne tamen legi peccati suire me fateor. hoc ē dissentione conditionis humane interdum de celestib⁹ ad terrena deuolnō. et ad curas humiliū rerum mentis mee altitudo prolabitur. per quam peccati legē ita momentis singulis me sentio captiuari. vt quānis immobili circa legem dei desiderio perseuerem. nullo tamen modo vim hui⁹ captivitatis evadere me posse sentiam. nisi configero semper ad gratiam saluatoris.

¶ Sancti omnes veraciter imūdos se et peccatores esse confessi sunt. **L**ap. xvij.

Evidēt circa quotidiales suspirijs sancti omnes pro hac substatie sue fragilitate compuncti. dum cogitationum varietates. et conscientie sue latebras ac penetralia perscrutant. suppliciter clamāt. Non intres in iudicium cū seruo tuo. quia nō insticab̄t in conspectu tuo oīs vinēs. Et illid. Quis gloriabitur castū se habere cor. aut quis fiduciā habebit se mūdū esse a peccato. Et iterū. Nō est insus hō in terra q; fa-

ciat bonū et nō peccet. Et ita infirmā hominū imperfectiōis iusticiā. ac misericordia di sp̄ indigentē indignā esse sentiunt. vt vñ ex his cuius iniq; rates et p̄ctā deus missō de altari ignito verbi sui carbone purgavit. post illā mirificā p̄teplatonē dei. post intuitū sublimū seraphin. et reuelationē sacramētor̄ celestū dicat. **C**emibi q; vir pollitus labijs ego sum. et in medio populi polluta labia habēt. ego habito. Qui sicut arbitror labiorū suorum immūdiciam nec tūc qđem fortasse sensisset. nisi vera perfectione et integra puritate cōtemplationē dei meruisset agnoscere. cui⁹ intuitū pollutionē suā sibi an incognitam repente cognouit. Cum enī ait. ve mihi quia vir pollitus labijs ego sum. de suorum hoc eum labiorū non te populi pollutione confessum id quod se quic̄ manifestat. et in medio populi pollut. labia habēt. ego habito. **H**ed etiā cum orās p̄ctōp̄ quasi vniuersalū imūdiciā confites. nō iniquop̄ tantū sed etiam iustoꝝ plebem generali supplicatiōe complectitur dicens. Ecce tu iratus es et peccauimus. i ipsiſ ſuimus ſemper et ſalua bimur. facti ſumus ut immūdi omnes nos. tanq; pannus menstruate vniuerſe iusticie noſtre. Rogo quid evidētis hac potest esse ſententia. quia nō vñā tantum. sed vniuersas iuſticias noſtras propheta complexus. et circumſptciens omnia que vel immūda vel horrida iudicantur. quia nihil in hominū conuerſatiōe ſordidius neq; impurius potuit reperire. pāno mēſtruate eas comparare. maluit.

Etiaꝝ iuſtos et sanctos sine peccato nō esse. **L**ap. xvij.

Ruſtra ḡ manifestissime vitati spinose obiectiōis acūmē oppōnit̄. sicut pauloante dixisti. si nemo sine p̄ctō nullus est sanct⁹. et si nemo sanctus. nullus ergo ſalvabit. **H**oc enim prophete testimoniō. potest nondū huīus questionis absolui. Ecce inquit tu iratus es et nos peccauimus.

Collatio xxiii Abbatis Theone

Id est cum elationem nostri cordis vel ne
gligentias anerat⁹. tuo nos auxilio de-
nudasti. confessim nos vorago absorbu-
it peccatorū. velut si quis splendidissimo
solis diceret elemento. Ecce tu occubui-
sti. et nos illico tenebrosa contexit obscu-
ritas. Et tamen cū hic sanctus peccasse
se dicat. et nō solū peccasse. Etia in ipsis
sq̄ permanisse peccatis. nō desperat pe-
nitus de salute. sed subiicit in ipsis suum
semper et salvabimur. Hanc ego senten-
tiā ecce tu iratus es et peccatumus illi
apostolice cōparabo. Infelix ego homo
quis meliberabit de corpore mortis hui⁹.
Rursus id quod propheta subiungit in
ipsis suum semper et salvabimur. con-
sequentibus apostoli congruit verbis.
Gratia dei per iesum christum dñm no-
strum. Hūmiliiter etiam illud eiusdem p-
plicet. ve mibi quia vir pollutis labijs
ego sum. et in medio populi pollutq la-
bia habentis ego habito. videtur supra
dictos sapere sermones. Infelix ego ho-
mo quis meliberabit de corpore mortis
hui⁹. Itēq̄ qd sequitur i propheta. Et
ecce volavit ad me unus de seraphin. et
in manu eius carbunculus sive calcul⁹.
quē forcipetulerat de altari. et tetigit os
meum et dixit. ecce hoc tetigil abia tua. et
auferat iniquitas tua. et peccatum tu-
um mundabitur. tale est ut pauli videa-
tur oxe prolatum qui ait. Gratia dei per
iesum christum dominū nostrū. Videret
ergo quemadmodum omnes sancti nō
tam ex persona populi q̄ ex sua. et pec-
catores se veraciter fateantur. et tamen
nequaquam de sua salute desperent. sed
iustificationis plenitudinem quam pro
conditione fragilitatis humanae conseq
se posse diffidunt. de gratia domini et mi-
seratione presumunt.

Quin ipsa quoq̄ orationis ho-
ra peccatu⁹ declinari vit possit.

Lap. xix.

Eminens vero in hac vita quā
nis sanctum. immunes esse a de-
bitis peccatorū. etiam magi-

sterium nos edocet saluatoris. qui disci-
pulis suis pfecte orōis formulā tradēs.
inter reliqua illic sublimia sacratissima.
q̄ mandata. quē non nisi sanctis per-
fectisq̄ sunt tradita. et malis et infide-
libus conuenire non possunt. hoc insit
interseri. et dimitte nobis debita nostra.
sicut et nos dimittimus debitoribus no-
stris. Si ergo vera hec et a sanctis pro-
fertur oratio. sicut indubitanter credere
nos oportet. quis tam contumax et pre-
sumptor. tam q̄ superbia diabolici furo-
ris elatus poterit inneniri. qui sine pecca-
to se esse pronuncians. non solum mai-
rem se apostolis credit. verum etiam ipm
quasi ignorante aut vanitatis arguat
saluatorem. vt scilicet aut nescierit eē pos-
se aliquos imunes a debitis. aut frustra
dixerit eos quos scierit oratiōis istius
remedio nō egere. Sed cum regis sui p-
cepta servantes. omnes omnino sancti
quotidie dicāt. dimitte nobis debita no-
stra. si verum dicunt. vere nemo est imus-
nis a culpa. si autem fallunt eque vnu⁹
est eos mēdaciū n̄ carere pctō. Unde etiā
ille sapientissimus ecclesiastes vniuersos
actus et humana studia mēte percurrit.
sine villa exceptione pronūciat. quia nō
est iustus homo in terra qui faciat bonu⁹
et nō peccet. id est. nemo in hac terra tam
sanctis. tam diligens. tam intentus. vel
potuit vnu⁹ vel poterit inneniri. qui x̄o
illi ac singulari bono ita ingiter valeat
inherere. vt nō quotidie ab eo distractū
se sentiat deliquisse. Qui tamen cu⁹ pro-
nūcietur immunis a noxa esse nō possit.
instis essentib[us] lominis nō negatur.

Aquibus sit peccati euacuatio
et virtutum discenda perfectio.

Lap. xx.

Uisquis itaq̄ anamartleton
id est. impeccantiam nature a/
scribit humane non inanibus
verbis. sed conscientie sue testimonio no-
biscum ac probatione configat. et tunc
dein se absq̄ pctō esse. prūnciet. cum se
ab hoc summo bono senserit nō qualsū.

De velle bonū et agere malū

imo vero quisq̄s h̄siderās cōsciaꝝ suā. vt nō dicā amplius vnā saltē synaxim sine vlla verbi vel facti vel cogitationis interpellatiōe se deprehēderit celebrasse. absq̄ p̄tō se esse p̄nūciet. **P**roinde q̄a his omibꝫ ocoſis ac ſupfluis reby. volu. crē h̄uane mētis excursiōe ſatetur carere nō poſſe. p̄ hoc vtiq; cōsequēter ſine peccato nos nō eſſe veraciter cōſitem. **N**az q̄tauis circuſpectione vnuſquifq; cor ſuū huare p̄tēdat. nunq; id fm̄ deſideri. um ſpū ſui. repugnāte carnis cōditiōe cuſtodiect. **Q**uāto enim magis p̄fecerit mēs h̄uana. et ad ſinceritatē p̄tēplatiōis puenerit puritatē tanto ſeimmūdiorē quāli p̄ ſpeculaꝝ ſuꝝ puritatē ſi p̄ſpiciat. q; necelle eſt dū animus ad ſublimioꝝ ſe extēdit intuitū. et maiora quā nouit p̄ ſpīcēs cōcupiſcit illa in q̄bꝫ eſt vt inſerī ſp̄ ac viliora tēſpiciat.

CQ licet agnoscamus nos ſuue peccato no eſſe nō debeamus tamen nos a dñica cōmuuione ſuuependere. **L**ap. xxi.

O Lura ſiq̄deꝝ denotat ſincerioꝝ obtutus. pariq; ſibi maiore reprebensionis dolore irreprenſibilis vita. et multiplicat gemitus atq; ſuſpiria emēdatio mox. et emulatio atteſta p̄tētu. **N**emo enī illo in q̄ profecerit ḡdu p̄tētēmus. et q̄tū q̄s fuerit mēte purgatiōe. tāto ſe ſordidioꝝ vidēs magi h̄uilitatis q̄ elatiōis inuenit cauſas. q̄tōq; p̄niciuſ ad ſublimiora cōſcenderent tanto āplius preuidet ſibi ſupeſſe q̄ ten dat. **D**eniq; ille aploꝝ eximiū ſuē dili gebat ielus. recūbēs ſupra pectus eius. h̄ac q̄li ex dñico p̄tulit corde ſententiaꝝ. **H**i dixerimus. q; p̄tū non habem⁹. ipi nos ſeducimus. et veritas in nob nō eſt. **I**taq; ſi dicētes nos nō b̄re p̄tū. veritate id eſt chriſtū nō habemus in nobis. quid aliud p̄ſicimus n̄li ut nos hac ipsa p̄ſiſſione ex peccatoribus ſcleratos atq; impios aprobemus. **P**oſtremo ſi cordi eſt ver⁹ explorare. vtrū poſſibile ſit h̄uane ſubſtātie anamartheton. id eſt. iſ peccatiā poſſidere. a q̄bꝫ hoc manifeſtius

diſcere poterim⁹. q̄ ab hiſ q̄ carnē ſuā crucifixi eſt cū vicijs et p̄cupiſcētō. et q̄bꝫ p̄ crucifixuſ eſt mūduſ. **Q**ui cū de cor diſu ſuiſ nō ſolū radicituſ vicia vniuerſa cōuulſerit. verū etiā p̄tō p̄ memoriaꝝ ac cogitationes conētur excluſere nihilo. minus tñ q̄tide fideliter p̄ſitent. ne vna q̄deꝝ hora ſine macula ſe eſſe poſſe pecca tū. **N**e tñ ex eo telemus nos a dñica cō munione ſuuepedere. q; nos agnoscimus p̄tōres. b̄ ad eā magis ac magis eſt p̄tē aīe medicinā et purificationē ſpiritus quide festinādum. verū tamē ea h̄uilitatē mētis ac ſide. vt indignos nos p̄ceptiōe tante gratie iudicantes. remedia potiuſ noſtris vulneribꝫ exptamus. Alioquin nec anniversaria qđē dignē eſt preſumē da cōmuuio. vt qđā faciunt q̄ in monaſteriis cōſiſtentēs. ita ſacramētorū celeſti um dignitatē. et ſanctificationē a q̄merituſ metiuntur. vt eſtimē ea nō niſi ſctōes atq; imaculatos tebere preſumere. et nō po tius ſanctos mūdosq; nos ſua partici patione perficiant. **Q**ui profecto maiorem arrogatię preſumptionē quā tecli na ſibi vidētū ſuuependere. vt tūc cuꝝ ea p̄cipiūt dignos ſe eius p̄ceptiōe di iudicat. **M**ulto enī iuſtus eſt. vt cum bac cordis h̄uilitate q̄ credimus et fateim illa ſacra ſancta mīſeria nūq; p̄ merito nos poſſe p̄tingere ſingulis ea dñic. ob remediū noſtrarū egritudinū preſumāmus. q̄ vt vana p̄iuſatione cordis elati vel poſt annū dignos eoz p̄ticipio ſtos eſſe credamus. **Q**uapropter vt hec in tel ligere et fructuole tenere poſſimus. miſericordiā dñi vt nos ad pſiencia hec ad inueni attētus imploremus. q̄ neq; ita vt cetera h̄uane artes p̄cedēte quadā ra tione x̄boꝝ. b̄ actu poſtius et experiētia p̄ eunte diſcūtūr queq; mūrū. niſi tā col lationibꝫ ſpiritualū viroꝝ frequēter ex aminata fuerint et polita. q̄ documentis et q̄tidiana experiētia ſollicite ventilata aut obſoleſciunt in curia. aut ocoſia obliuione deperirent.

Expliſit abbatis theone collatio tertia.

Capitula

Iniciunt capitula collatiois abbas abraham de mortificatione.

Lap. i.

Quomodo abbati abrabe pdi terimus cogitationū nostrarū archana.

iij Quō nōs senex patefecerit errores.

vij De qualitate locorū q̄ ab anachoretis experti debeat.

viii Que a solitarijs opationū genera debet eligi.

v De enagatiōe corporis grauet magis q̄ releue cordis anxietas.

vi Ad quā cōpatōnē monach⁹ cogitationes suas debeat custodire.

vii Interrogatio cur obesse nob̄ parentū vicinia putaret q̄ in egypto cōsistētib⁹ nō obesset.

viii R̄nlio quō nō oīb⁹ pueniat oīa.

ix Q̄bi possint parentū viciniā n̄ timere q̄ abbatis appollo mortificationē potuerint emulari.

x Interrogatio an obsit monacho si a parētib⁹ sibi necessaria sūgeratur.

xi R̄nlio qđ sanct⁹ Antoni⁹ super hoc pñncianerit.

xii De vtilitate opatiōis et ocij detinimento.

xiii Fabula de tonsoris mercede cōposita ad illusiones diaboli cognoscendas.

xiv Interrogatio vnde nobis talius cogitationū error irrepserit.

xv R̄nlio de tripartito anime motu

xvi Rationabilē aie nostre partē fuisse corruptam.

xvii Q̄ infirmior⁹ ps aie diabolicis temptationib⁹ pñma succubat.

xviii Interrogatio an vtili desiderio maior⁹ silentij traherem⁹ ad patram.

xix Responsio de illusioē diabolica q̄ vasti⁹ et solitudinis requiem repermittat.

xx Q̄ vtilis remissio i aduētu fratz

xxi Quō euāgelista iohes vtilitatem

Collatio xxiiii

remissiōis ostēdisse dicatur.

xvij Interrogatio q̄liter intelligendū sit qđ in euāgeliō dī Jugū meum suave est et on⁹ mē leue

xvij R̄nlio cū expositōe sūne.

xvij Cur amarū inguz et graue onus dñi sentiatur.

xv Quid vtilitatis conserat temptationum incurſio.

xvi Quēadmodū perfecte abrenūci, antib⁹ cētuplū in hoc mundo repromittatur.

Expliūtū capitula. Incipit Abbas abrahaz collatio de mortificatiōe.

Lap. i.

Varta atz

Octesima ista collatio abbas abrahā christo fanēte p̄cudie oīm senior⁹ traditiōes atz iſtituta p̄clūdēs q̄ v̄ris oīo nib⁹ p̄lūmata illoz vigintiquoz senior⁹ q̄ in fcta apocalipli coronas suas agno offerre dicūt nūero mystice p̄gnēte cunctarū p̄missionū nīraz tebūt nos credis m⁹ liberādos. Si q̄ p̄ide glia hi vīgītū q̄ttuoſ ſenes nīri ob iſtitutionis ſuēmeritu fuerit coronati illi q̄ p̄ ſalute mūdi ī molat⁹ eft agno ſbecti ſūt capitulo oblatuni. Ip̄e ē z illā tā eximū ſenīū z nobis qualemq̄ sermonem quo tanta profunditas p̄meretur ppter honorem noī ſui donare dīḡtē. Et nccē ē vt ad auctoreb⁹ bonor⁹ oīm mūer̄ ſui merita referant̄ cui hīpo debet āpli⁹ q̄ magi ſolnit. Igitur ad hūc abrahā cogitationū nīraru⁹ ipugnationē annia p̄felliōe detulimus q̄ ad repetendā pñnciaz nīram atq̄ ad reuifendos parētes q̄tidianis aie eſtib⁹ v̄rgebamur. Hinc etenī nobis maxima desideriorū naſcebat occaſio qđ tanta religione atq̄ pietate parētes nostros p̄ditos recordabamur vt eis neq̄q̄ noſtrū p̄pōlitū p̄poneremus b̄ iuḡt mente volūctēs q̄ pfectū magis ex illoz eſsem⁹ affiduitate capturi nulla q̄ nos corpora ſuī rerū ſollicitudine nullis p̄spiciēdi vietus diſtentioib⁹ occupādos illis aſas

De mortificatione

tin oēm cū gaudio p̄bitionē n̄rē nc̄cita-
tis expletib⁹. In sup etia⁹ spe inanum
gaudior⁹ animū pascebamus. credētes
fructū nos maximū pcepturos de pueri-
one m̄ltor⁹. q̄ velut n̄rō essent ad viā sa-
lutis exēplo ac monitis dirigēdi. tū p̄te-
rea ip̄oz locorū situs. in q̄b̄ erat maiori-
bus nostris anita possesso. ip̄aq̄ ameni-
tas regionū iocūda ante oculos p̄igeba-
tur. q̄s grate ⁊ agnue solitudinis spacijs
tenderet. ita vt nō solū delectare mona-
chū possint secreta silvarū. Et cīā magna
victus p̄bere cōpēdia. Que oīa p̄dicto
seni. cū scđm fidem p̄scienē simpliciter
pāderemus. nec iā impugnationū vim
tolerarenos posse. nisi nob̄ p̄ illi⁹ medici-
nā dei gratia subuenisset. p̄fusis lachry-
mis testaremur. tacit⁹ ille diu q̄s cūctat⁹.
atq̄ ad extremū ḡuiter igemiscēs ita ait.

**Quō nostros senes patefecerit
errores.**

Lap.ij.

Ec dū vos desiderijs renūcias.
In semūdanis nec mortificasse cō-
cupiscētias. p̄stinas cogitatio-
nū vītarū prodit infirmitas. Nam sicut
desidiā cordis vī. desideriorū vītōz p̄-
uagatio. p̄testat hāc pegrinatiōe zac pa-
rentū absentiā. quā mente poti⁹ suscipe
debuistis carne tūmodo sustinet. He-
pulta enī hec oīa. ac d̄ cordib⁹ vīnis euul-
ia penit⁹ iam fuisse. si vel rōem ip̄i⁹ ab
renūciatiōis. vel p̄ncipalē solitudis can-
sam in q̄ cōsistim⁹ cepissetis. Iōq̄ vos
illa oīj egritudine sentio laborare. q̄ in
puerbijs ita notaſ. In desiderijs est oīs
ociolus. Et iterū. Desideria occidunt pi-
grū. Nā et nobis poterāt hec q̄ cōmemo-
rastis carnaliū cōmodo ⁊ nō tecē cōpē-
dia. si credidissimus ea n̄rō cōuenire p̄-
posito. aut talē exillis amenitatuſ volu-
ptatib⁹ fructū nob̄ indicassim⁹ posse cō-
ferri. q̄lis iste ē q̄ de hoc locor⁹ squalore ⁊
corpis p̄tritiōe p̄q̄rit. Nec suū ita pa-
retū solatio destituti. vt desint q̄ de suis
substatijs sustentare nos gaudeant. nisi
nob̄ illa sīnā salvatoris occurrēs. q̄cqd
ad fotū b̄p̄tinz carnis excluder⁹. q̄d̄ q̄
nō reliq̄rit sīne oderit patrē ⁊ matrē ⁊ su-

los ⁊ fratres. nō p̄ me⁹ eē discipul⁹. Q̄
si parēt⁹ q̄z essem⁹ p̄sidio desituti. certe
vel potētū mūdi iſh⁹ obſeq̄a deſſe n̄ pos-
ſent. q̄ p̄mptissima largitate nc̄citatib⁹
n̄ris cū om̄i ḡtarū actiōe subministrare
gauderēt. q̄p mūſicētia ſuſtētati. para-
di vīc⁹ ſollicitudie careremus. niſi nos
vehemēt illa. p̄phetica maledictō deterre-
ret. nā maledict⁹ inqt hō. q̄ ponit ſpeſ ſu-
am in hoie. et nolite p̄fidere in p̄ncipib⁹.
P̄otim⁹ etiā cellulas ſaltēnras ſuper
nilī ſluiminis alueū collocātes. aquā h̄rē
p̄ forib⁹ ne ēā a q̄ttuo: milib⁹ paſſuum
n̄ris cogerem⁹ teſſere ceruicib⁹. niſi nos
ad tolerātiā labor̄. iſli⁹ indeſeffos btūs
apl̄s reddēs h̄ iugil̄ aſaret eloq̄o. Unus
q̄ſq̄ inq̄ens. p̄p̄ia mercedē accipiet h̄m
ſuū laborē. Recignor⁹ eē n̄nlla i regio-
nib⁹ n̄ris amena ſecreta. i q̄b̄ p̄moꝝ co-
pia et hor̄toꝝ grā v̄l v̄bertas. nc̄citatē vi-
ct⁹ n̄dstri mimo labore corporis expediret.
niſi inpingēdam nob̄ illam exp̄briationē
q̄ ad illū i enāḡ directa ē dīnitēvererēm⁹.
q̄ recepiſti p̄ſolationē tuam i vita tua.
H̄z deſpectis illis oīb⁹. ⁊ cū v̄niſla mun-
di b̄ voluntate p̄tēp̄l̄bis tū ſqualorib⁹
delectam̄. v̄niſlis q̄ ſolitudinis horrendā
ſolitudinis iſli⁹ p̄ferim⁹ v̄ſtitatez. neq̄
hnic arenarū amaritudini q̄ſtaſuis v̄be-
res glebe diuitias cōpam⁹. nō t̄palia hu-
ius corporis luſra. Et eterna ſpūs emolūm̄.
ta ſectātes. Darū eſt enī renūcias ſe mo-
nachū ſemel. id ē. in p̄mordio pueriōis
ſue p̄tēp̄l̄ ſp̄ntia. niſi eis q̄tide renūci-
are p̄ſtiterit. Aſcq̄ in finēnāq̄ hui⁹ vite
illud nob̄ dicēdū eſt cū p̄p̄eta. et diē ho-
minis nō desiderauit uſcis. Un⁹ ⁊ dñs i
euāgelio. Si q̄s vult inqt p̄ſt me veni-
re abneget ſemetiōm. et tollat crucē ſuaſ
q̄tide et ſequat̄ me.

De qualitate
locorū q̄ab anachoretis experti
Licet debeat. **Lap.ij.**

Aco ci q̄ de iterioz ſois purita-
te p̄uigilē ſollicitudinem gerit.
expertēa ſunt loca. quēmentem eius nul-
la ad culture diſtentionem v̄bertatis
ſuēſecūditate ſollicitē. nec de cellule ſix-
atq̄ imobili ſtatiōe. p̄murbēt. atq̄ ad ali-

Collatio XXIIII Abbatis Abrabā

qd subdinalē op^o pdire cōpellat· et ita
velut in apū effulis cogitatiōib^o· omnē
mentis directionē ac subtilissimū certe il
lis destinatiōis intuitū p diūsa disper
gat q̄ a nemine pr̄sus q̄nus sollicito ac
vigilati vel caueri poterit vel videri· nisi
q̄ aim suū atq̄ corpus ingiter itra pan
etū septa pluerit· ut ita q̄s velut pisca
tor: egregi^o· victū sibi aplica arte p̄ipici
ens· in trāquillissimi cordis sui p̄fido
agmina cogitationū natātia intet^o atq̄
imobilis capitet· et tanq̄ de p̄minēti sco
pulo curiose p̄fida· p̄spectans· q̄s ad se
bamo trahere tebeat salutari· q̄s ḥo tā
q̄s malos ac noxios pisces negligata cre
futet· sagaci discernēti diuidicet

Due a solitarijs opationum ge
nera debeat eligi. **Lap. viij.**

Habac ergo vñlquisq̄ custo
dia in ḡt p̄seuerās· efficacit il
lo iplebit qd p̄ abachuc sp̄he
ta sati euideēter exp̄mit. H̄uq custodiam
meā stabo· vt ascēdā sup̄ petrāz specula
borūt videā qd loqt̄ in me· et qd respon
deā ad arguētēme. Qd q̄tī laboris ac
difficultatis sit· experimēt̄ illoꝝ q̄ in illa
calami sine purfurionis heremo cōmo
rātūt manifestissime cōprobat. Nā cuꝝ
longiore solitudinis īteruallo ab vñlūs
vrbib^o z habitaculis boīm q̄s heremus
scythij dinidātūt. Septē siq̄deꝝ velocto
mālionib^o vastissime solitudinis defta
penetrātes vix ad cellularū suarū secreta
pueniūt· tñ qz illic agriculturē dediti· clau
stris minime cohibētur· cū ad hec squali
da in q̄b^o regim^o· vel ad illa scythionica
venerit loca· tātis cogitationū ellib^o· tā
ta animi anxietate vexātur· vt q̄s rudes
et q̄ solitudinis exercitia ne leui^o qdēali
qñ p̄tigerit· cōmorationē celle z q̄tē silē
tia tolerare nō possint· atq̄ ex eis statī ex
cussi· tanq̄ exptes z nouicij pturbentur.
Nō enī sedare interiorl̄ boīs mot^o z co
gitationū suarū tēpestatib^o obuiare· ins
gi sollicitudine ac p̄seuerāt̄ intētōe di
dicerūt· q̄ sub dinalib^o q̄tide opib^o desu
dantes tota die sub aerea inanitate· nō
solū corpe verūtā mēte quolitāt· z cogi

tatōes suas cū mobilitate corpea passi^o
in aperta diffundūt. Et idcirco nec mul
tiolā animi sui sentiūt vanitatē· nec ei^o
lubricos posūt coercere discursus· nec
p̄tritionē sp̄ns ferētes· intolerabiles fibi
ipam silētū sui esumāt̄ ingitatē· ac labo
riosis ruris opib^o idefessi vincūt̄ ocio·
et quietis sue diuturnitate lassane.

Qeuagatiōe corporis grauetur
magis q̄s releuetur cordis anri
etas. **Lap. v.**

Ec mirū si in cella q̄s residens
q̄s intra artifissimū claustrū co
gitatiōibus p̄gregat· anxietatū
multitudine suffocet· q̄ de carcerib^o ba
bitaculi cū hoīe p̄p̄ctes· p̄tinuo velut
eq̄ effrenes i diūsa puolitāt. Sed cū ad
p̄ns de suis velut stabulis enagētur· ca
pit statī aliqd vel brene v̄l triste solatiū·
cū ḥo corpe ad cellā ppriā remeāte· rur
sus q̄s ad sedē suā cūcta cogitationū ca
terua recurrerit· grauiores excitat stimu
los ipa inueterate licetie p̄suetudo. **H**i
ergo q̄ nec dū possūt vel norūt volunta
tu suarū instigatiōib^o reluctari· enz acci
dia pect^o insolitū v̄hemēt^o i p̄gnātē· i
tra cellā fuerit anxiati· si p̄grediēdi sepi^o
libertatē sibi remissa districtiōis lege cō
cesserit· acriōē adūluz se p̄estem b vt p̄n
tāt remedio suscitabūt· sicut gelidissime
aq̄ baustu vim in tñrū febrū qdā restī
guere posse se credūt· cū v̄tiḡ accēdi ex b
ignē illū p̄st̄ poti^o q̄s sedari· siq̄deꝝ mo
metanea illā releuatōnē multo ḡuor cō
sequetur afflictio. **A**d quā cōpati
one monachus cogitatiōes su
as debeat custodire. **Lap. vi.**

Tlamobrēita monachi ois in
tentio in vñū sp̄ est defigēda· cū
ctarūq̄s cogitationū ei^o ort^o ac
circuit^o in idipm· id est ad memorā dei
strenuerenocādi· velut si q̄s absidis ca
merā volēs in blime cōcludere· subtilissi
mi illī centri lineaꝝ ingiter circūducat·
ac fm certissimā normāz omnē rotundi
tatis parilitatē· z simile colligat disciplinā.
Qui vero cā absq̄ vllins medie
tatis examine p̄summare· q̄nus summa

De mortificatione.

artis aut ingenij presumptioē temptauit.
rit impossibile est ut exilitate circuit illius
sine errore custodiat aut q̄tū verō
tūdita is pulchritudini errādo subtra
xerit solo teplendat aspectu. nisi ad illū
indicē virtutis sp̄ recurres. atq̄ ei⁹ arbi
trio iterio: e opis sui ambitū exteriorēq;
castigās. tā excelse altitudinē mol⁹ vni⁹
pūcti lege p̄cludat Ita etiā mēs nra. nisi
solā dñi charitatē. velut centrū imobili
ter sitū. p vniūlā opm molitionūq; nra
rū momēta circūagēs. pbabili v̄ita di
xerī circino charitatis oīm cogitationū
vel aptanerit vel repulerit q̄litatē neq; q̄
structurā illā edificij spiritualis. cui⁹ pau
lus est architec⁹. pbabili arte molieſ. nō
pulchritudinē dñi⁹ illi⁹ possidebit. quā
btūs danid ī corde suo cupies exhibere.
dñe inq̄ dilexi decorē domus mea ⁊ loca
habitationis glorie mea. indecorā in corde
suo atq; indignā spiritui sc̄o domū. co
tinuoq; lapsurā imprudēter attollit. nō
glorificandus btū cohabitatoris hōsp̄
tio. Bruina p̄structiōis suę lugubrit op̄
p̄mendus.

Interrogatio cur obesse nobis
pareti vicinia putaretur q̄ i egī
pto colitebus nō obesset.

Lap. vii.

O Ermanus. Hatis vtili acne
ceilario p̄cipit instituto. B ope
rā genus qđ intra cellā exerceri
p̄t. Etēnō solū exēplo beatitudinis ve
stre ap̄lūcarū x̄tutū imitatiōe fūdate. ve
rūctiā experientie n̄c testimonio cōmodi
tas hui⁹ rei nob̄ se p̄cpta est. H̄z parē
tū vicinia quā n̄c vos minūm respūst.
cur tantope a nobis tebeat vitari nō sa
tis claret. Lū enī vos in oīm p̄fectionis
via irrep̄hensibiliter incedētes. nō solum
i p̄p̄is r̄sidere regiōib⁹. b n̄fōge a vicin
suis quosdaz recessisse cernamus. cur id
qd̄ vob̄ noxiū nō est. nob̄ p̄uteſ adūsuſ.
Respoſio quō nō omnibus co
ueniant omnia. Lap. viii.

Braham. Nonq; mala ex
bonis reb⁹ sumi videmus exempli

pla. Nam si eadem quis agere. non eo
dē affectu atq; p̄posito. aut dissimili vir
tute p̄sp̄serit. p̄fecto exinde laqueū dece
ptiōis ⁊ mortis incurrit. vñ alij eterne
vite fruct⁹ acq̄rit. Qđ ille q̄z manus
tis puer. bellicosissimo illi giganti in cer
tamīne cōpatus. hand dubie p̄tuliss; si
virilib⁹ atq; fortissimis saulis armis su
isset induit. ⁊ q̄b̄ etas robustior. innue
rabiles catinas hostium p̄strauisset. hec
indubitatā p̄meno puero potuerū infer
re perniciē n̄li prudēti discretiōe p̄grua
adolescentē suę armoz genera delegiss;
et aduersus hostē tēterrīnū. nō lorica et
clypeo q̄b̄ ceteros videbat iſtructos. s; iſ
ill q̄b̄ ip̄e dimicare poterat telſuſſet ar
mat⁹. Quā obrem iſlurā viriū ſnar̄ p̄ueit
vnūquēq; n̄m diligētius an p̄ſlare. atq;
ad ei⁹ modulū amīpe quā libuerit dis
ciplinaz. q; q̄uis oēs vtileſ sint. tñ ap
te cūcū cūcte ecē n̄ p̄nt. Qđ enī q; bōa est
anachoresis. vniūlā eā p̄grua cōproba
m⁹. A mltis ei⁹ n̄ solū iſtructuſa. bēt p̄ni
ciosa ſerit. Nec q; institutōne cenobiorū
vel curā fratruſ ſtam̄ atq; landabilēme
rito p̄ſitemur. idcirco ab vniūlā eaž ex
petendaſ esse censem⁹. Ita q̄ xenodocij
vberim⁹ fructus eſt. b aboib⁹ expeti ſine
patienō p̄ tetrimēto. Proinde p̄mū re
gionis v̄re atq; hui⁹ int̄ ſe p̄p̄ſanda ſūt
iſtituta. deinde vires hoīm iugis v̄l virtu
tū vel vicio ⁊ affiduitate collecte. dñiūla ī
uicē lance trutināde. Fieri etenī p̄t vt qđ
alteri⁹ genti⁹ hoi arduū atq; ip̄ossible e
b alijs iſlita p̄ſuetudo qđ ammō x̄terit
in natām. ſic natiōes qđā ingēti plaga
rū diuſitate diſiuncte magnā vim frigori
vel ardore ſolabsq; vlo corporis p̄ferūt te
gumēto. q̄ v̄tigis alij illā celi inclemētiaz
nō exp̄ti. q̄tūnis robor̄ fuerint ſuſtēta
re n̄ p̄nt. Ita etiā vos q̄ ſumō ſi ⁊ corporis
niſu. in hac regiōe dñtataxat. q̄li naturaz
patrie v̄ſtre. in multis impugnare cona
mini. diligenter expendite. vtrum in illis
torpedinis vt fama ēregionib⁹. et velut
frigore nimie iſidelitas. obſtrictis. hanc
v̄ita dixerī nuditatē ſuſtētare poſſiſt.

1. Aug 1518

Collatio XXIIII Abbatis Abrahā

Nostris enī istā ppositi fortitudinez na
turaliter quodāmō ididit sancte conū
sationis antiquitas quoꝝ si cōstatie atqꝫ
virtuti pares esse vos cernitis. viciniam
parentū fratrū qꝫ vroꝝ sūlter fugere nō
debetis.

Qui possint parētū viciniā nō
timere qabbatis apollo mor
tificatione potuerint emulari.

Lap. ix.

A vero ad certū districtiōis ex
amē vīrarū virū cōtitatē meti
n cōgrua estimatiōe possitis. cu
iūsdā vobis senis. id est. abbatis apol
lo factū breuiter indicabo. vt si vos inti
mū vestri cordis examē huiꝫ pposito atꝫ
virtuti hand inferiores eē censuerit. abſ
qꝫ iactura. pfectus vī. pfectionisqꝫ peri
culo. patrie inhabitationē ac parentū vi
ciniā p̄fimmatiſ. certi qđ districtōne hu
militatis huiꝫ. quā vob in hac. p̄uincia
nō solū voluntas b̄etia necessitas p̄egri
nationis extorquet. p̄inqtatis affectus
aut locoꝝ oblectatio nō possit euincere.
Ad hūc igitur quē p̄diximus senez. cum
germanus suis intēpesta nocte venisset.
implorās vt de monasterio suo paulisp
egressus. ad euellendū boueꝫ. quem cen
plaustrī eminus inberere flebiliter quere
bat. et eſſꝫ auxilio. qꝫ eū solus neqꝫ pos
set eruere. abbas apollo pertinaciter ob
scrāti. cur ait iuniorē fratrē nostrū. quē
pterīs. p̄piorē qꝫ me habueras nō roga
sti. **C**unqꝫ ille eū mortē olim sepulti fra
tris oblitū. et ex nimia p̄tinētie ac solitu
dinis ingitate velut ipotē mēs existimās
respōdisset. quēadmodū poteram te se
pulchro eū qui ante ānos qndeci obijt
iuocare. abbas apollo. ignoras ḡ ait me
qꝫ ānos vigiti hnic mūdo fuisse defū
ctū. nulla q̄ iā posse de huius celle sepul
chro. q̄ ad p̄ntis vite p̄tineāt statuz. tibi
cōferre solatia. quē intīm̄ chris̄ ab inten
tōe mortificatiōis arrepte. vel modicuz
ad extrahendū lōyē tuū nō patit relaxa
ri. vt ne brenissimi qđemomēti inducias
p̄ patris indulserit sepultura. q̄ multo

vtiꝫ celeris. honestiꝫ. religiosiꝫ fuerat
exhibenda. **R**imamini ita q̄ nūc archa
na pectoris vī p̄i dēterḡ coniūcite. an
talē etiā vos iuxta parētes vīos districti
onē mentis iuḡ retentare possitis. **C**un
qꝫ vos in hac animi mortificatiōe consi
miles eidē senseritis. tū demū scitote pa
rentū fratrū qꝫ viciniā. vob quoꝫ siliq
noxiā nō futurā. vt sc̄ eis q̄uis i propi
mo p̄stitutis. velut mortuos vos esse cre
dat. ita vt nec illos vīis soueri solatiſ
nec vos illoꝝ sinatis obseq̄is relaxari.

Interrogatio an obſitmō acho
si a parentibus sibi necessaria
suggerātur.

Lap. x.

Ermanus. Super hoc plane
iam nulluz ambiguitati locuz
vlt̄ reliq̄st. Certi etenim su
mus tā p̄ntis huius habitus vilitatē qꝫ
quotidianā hec nudipedalia in illoꝝ vi
ciniā nullatenus exercere nos posse. sed
ne labore qđem illuc sili ea que sūt ad vi
ctū necessaria. p̄usuros. sic b̄ etiā ipsam
q̄tidie aquā cernicib⁹ n̄ris extrib⁹ milib⁹
exhibere cōpellimur. nec n̄ra cni nec illo
rū verecūdia. hec nos corā illis agere om
nino patiet. Hane quid p̄posito n̄o ob
erit. si illis subministrantib⁹ vniūsa. nos
sollicitudine parādi victus penitus ab
soluti. lectioni tñ orationi opam dederi
mus. vt isto q̄nūc distrahabimur labore s̄b
lato. spiritualib⁹ tñ studijs intētius excu
bemus.

Responsio quid sanctus anto
nius super hoc p̄nuciauerit.

Lap. xi.

Abraham. Non meā contra
loc vobis. b̄tū antonij sentē
am pferā. q̄ ille ita cuiusdā fra
tris. loc q̄ dicatis tempore torpētis segnici
em cōfutavit. vt etiā nodū vīe p̄positōis
abscideret. Nam cū ad predictū virū q̄
dam vt dixi veniens. anachoreticā disci
plinā minime diceret admirandā. maio
ris. p̄nūciās esse vītūs. si ea q̄ perfectio
nis sunt inter hōies quispiam q̄ in here
mo positus exerceret. b̄tūs antonius vbi

De mortificatione

